INFERVEO, és, ere, ſive Inferveſco, erbui. *Hervir.* Cato *cap.*100. Horat. 2. *Serm. Sat.*4. * Infervefacio, is, ere, *Hacer hervir.* Columel. *lib.*12. *cap.*17.

INFESTIVUS, a, um. *Coſa ſin gracia, feſtividad, ni agrado.* Gell. *lib.*1. *cap.*5. * Infeſtiviter, adverb. Idem *lib.*9. *cap.*9.

INFESTUS, a, um, ab *in*, & feſtum. *Mas que enemigo en aborrecimiento y daño.* Plaut. *in Caſina.* Tibi ſoli infeſta eſt plus, quàm cuiquam. *Mas te aborrece à tì, y te tiene mas enemiga, que à otro ninguno.* * Accipitur etiam pro eo qui infeſtatur, & qui alicui periculo eſt obnoxius. Cic. *pro Planc.* * Infeſtæ hoſtibus viæ. *Caminos peligroſos, llenos de malhechores y ladrones.* Sueton. *in Aug. cap.*8. Vide Gell. *lib.*9. *cap.*12. * Signa infeſta dicuntur quæ ab hoſtibus irruentibus inferuntur. Cæſ. 6. *bell. Gall.* * Loca infeſta ſerpentibus, i, propter ſerpentes. Saluſt. *Jugurth.* 125.

Infeſto, as, are. *Infeſtar, moleſtar, hacer daño, como enemigo.* Plin. *lib.*7. *cap.*2.

* Infeſtuminare: Mire latrocinando infeſtare. Antiq.

Infeſtatio, nis. *Moleſtia, vexacion.* * Infeſtè, adverb. *Como enemigo.* Liv. 6. *bell. Punic.* * Quàm infeſtiſsimè interrogare. Quintil. Florus *lib.*3. *cap.*19. Infeſtius in transfugas ſæviebat.

Infibulo, as, are. *Atacar con corchetes, ò hebillas.* Celſus *lib.*7. *cap.*15.

Inficetus, a, um, id eſt, non facetus. *Coſa deſgraciada, ruſtica, ſin donaire.* * Inficetè, adverb. *Sin gracia, ni donaire.* Et Inficetiſsimè. Plin. *lib.*35. *cap.*4.

Inficias, Inficialis, Inficiator, vide *Inficior.*

INFICIO, is, ere, infèci, ectum, ex *in*, & *facio. Teñir.* Lanas coloribus. * Per translationem, *Inficionar, corromper.* Cic.5. *Tuſc.* Sed nos delitiis, otio, languore, deſidia animum infecimus. Senec. *cap.*7. *de Conſ. ad Marcian.* Infecit nos conſuetudo. * Pocula veneno inficere. *Envenenar la bebida.* Virgil. 2. *Georg.* Pocula ſi quando ſævæ infecere novercæ. * Infectus, a, um. *Teñido, manchado, envenenado.* Non inquinati, ſed infecti ſumus: Senec. *Epiſt.*60. *No tanto eſtamos manchados, quanto inficionados y corrompidos.* Sueton. *in Calig.*

Infectus, us, ui. *La tintura.* Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. * Infector, is. Tinctor. *El tintorero.* Plaut. *in Aulul. ſc.* 5. *a.*3. Plin. *lib.* 20. *cap.*7. Infectores lanarum. * Infector ſuccus, *El tinte.* Purpurarum generi infector ille ſuccus. Plin. *lib.*12. *cap.*23.

INFICIOR, aris, inficiatus ſum. Deponens. *Negar.* Cic. *in Orat.*

Inficias, tantum accuſativi caſus eſt pluralis numerus, & ſolùm eum verbo *Eo, is*, jungitur, & ſine præpoſitione: ut, Hic inficias iturus eſt. *Eſte negarà.* Plaut. *Curc. ſc.*2. *a.*4.

Inficialis, e, ut Inficialis ſtatus, quo negantur objecta, *Quando el reo niega lo que ſe le hace cargo.* Cic. *in Topic.*

Inficiator, is. *El que niega lo que le achaca el actor, ò acuſador.* Cic. 2. *de Orat.* * Inficiatio, nis. *Negacion.* Cic.2. *de Orat.*

* Infiduciare, impignerare. Gloſſ. Iſid.

INFIDUS, a, um, p. p. *Deſleal, de quien nadie ſe puede fiar.* Cic. *de Amic.* * Infidelis. *Infiel, que no tiene fé, que no cumpliò la fé prometida, y la quebrantò.* Cic. * Infidelior. Plaut. *in Captiv.* Infidelior mihi ne fuas, quàm ego ſum tibi. * Infidelitas, tis. *Infidelidad, deſlealtad.* Cic. *pro Milon.* * Infideliter, adverb. *Infielmente.* Cic. *ad Brut.*

* Infidibulum: inſtrumentum ruſticum, cui infiguntur vaſa anguſti oris. Turneb.

INFIGO, is, ere, xi, ixum. *Clavar, enclavar.* Gladium hoſti in pectus infixit, Cic. 4. *Tuſc.* Hærent infixi pectore vultus. Ovid. *Tengo clavado ſu roſtro en mi pecho.*

* Infilare, pro amicire, & velare, apud veteres. Hinc *Infula.* Lauremberg.

Infimates, Infimo, as, Infimus, vide *Inferus.*

Infindo, is, ere, idi, iſſum. *Hender*: ut, Telluri infindere ſulcos, Virgil. *Eclog.*4.

INFINITUS, a, um. *Coſa infinita, ſin termino, numero, ni fin.* Cic. *pro Roſc.* * Infinitè, adverb. *Infinitamente, ſin fin, ſin ceſſar.* Cic. *in Parad.*

Infinibilis, e, idem quod infinitus. Apulei. *de dogmate Platonis.*

Infinitò, loco adverbii. Plin. *lib.*15. *cap.* 8. Quidquid in Creta naſcitur infinitò præſtare cæteris eiuſdem generis alibi genitis.

Infinitas, tis. *Infinidad, coſa ſin fin.* Cic.1. *Offic.*

Infinitio, nis. Cic. 1. *de finib.* Infinitio ipſa, quam *apeirian* vocant: tota ab illo eſt: id eſt, infinitas.

Infinitivus modus, ſine alterius verbi adminiculo poni ſolet: ut apud Virgil. 4. *Æneid. Mene incœpto deſiſtere victam?* Quo in loco ſubintelligitur, oportet, vel decet. *Serà acaſo decente, que dandome por vencida deſiſta de la empreſſa?* * Ponitur etiam frequentiſsimè infinitivus pro præterito imperfecto Indicativi. Terent. *in Eunuc.* Invidere omnes mihi, pro invidebant. * Infinivus

etiam

etiam cum infinitivo iungitur eleganter. Corn. Celſ. *lib.*7. *cap.*14. Sed abunde eſt, jubere ſpiritum continere, ut tumor quantus maximus eſſe poteſt, ſe oſtendat. * Infinitivi futura ſunt uſitata olim, nobis inſolita: ut pro Amaturum eſſe, Amaſſere: pro Expugnaturum eſſe, Expugnaſſere. Plaut. *Amphit.* Seſe igitur ſumma vi, viriſque eorum oppidum expugnaſſere. * Ideo autem dicitur Infinitivus, quia alii modi definiunt perſonas & numeros: hic autem ſine numeris & perſonis eſt, & habet ſolum præfinitum tempus præſentis, præteritum, & futurum.

INFIRMUS, a, um. Contr. Firmus. *Coſa flaca, débil, ſin fuerzas.* Ætate affecta, & viribus infirmis homo. Cic. 7. *Verr.* Infirmi ſaporis vinum. *Vino floxo, y de poco vigor.* Colum. *de arborib. cap.*3. * Infirmior, ius, comparat. Horat. 1. *Serm. Sat.*9. Sum paulò infirmior unus Mutorum. * Infirmiſsimus homo. Cic. *in Piſon.*

Infirmitas, tis. *Flaqueza, debilidad.* Cic. *de ſenect.* Ut enim infirmitas eſt puerorum, & ferocitas juvenum &c. * Infirmitatem corporis animi virtute ſuperavit. Idem *pro Sylv.* * Infirmitas, pro ſexu muliebri. Livius *lib.* 34. Patiendum huic infirmitati quod cenſueritis.

Infirmo, as, are. *Debilitar, enflaquecer à otro*: ut, Infirmat hominem morbus, balnei uſus diuturnior. Celſ. * Infirmare argumenta, & rationes alicuius. Cic. *de divinat. Refutar, desjarretar los argumentos contrarios.* * Infirmatus, a, um. *Enflaquecido, debilitado.* Suet. *in Aug.* Infirmatis faucibus, præconis voce ad populum concionatus eſt. * Infirmatio, nis. *Confutacion de las contrarias alegaciones.* Cic. 1. *de invent.* & *de leg. Agrar.* Infirmatio rerum judicatarum. * Infirmè, adverb. *Flaca y debilmente.* Cic. *Epiſt. lib.*15.

* Infiſcor, eſt applicari fiſco regio. Paſſerat. *Confiſcarſe.*

INFIT, verbum defectivum eſt, authore Feſto: idem eſt quod Incipit: ex *in* & fit. *Comienza.* Plaut. *Aulul.* Infit ibi poſtulare plorans, ejulans. Idem *Aſinar.* Me infit percontarier, *Comienza à preguntarme.* Vide Gell. *lib.* 19. *cap.*7.

Infiteor, non fateor. Feſtus. * Infiteri, non fateri Gloſſ. Infitentes, Gr. *ariumenoi.*

INFLAMMO, as, are. *Encender en llama.* Inflammari cupiditate, rabie, furore, amore, odiis. Cic. *de Amic. Abraſarſe en deſeos malos, encenderſe en colera, rabia &c.* Inflammare animum alicuius. *Mover grandemente à uno.* * Inflammatio, nis. *Inflamacion*: ut Inflammationes mammarum, quas Græci *phlegmonas* vocant. Inflammationes movere. *Excitar inflamaciones.* Celſ. *lib.* 7. *cap.*19. * Inflammanter, adverb. *Ardientemente.* Gell. *lib.*10. *cap.*3.

INFLECTO, is, ere, inflexi, exum. *Doblar, revolver acia dentro, mover, inclinar.* Cic. * Inflexus, partic. *Coſa doblegada.* * Inflexus, us, *Doblegadura.* Inflexio, nis, idem. * Inflexibilis, e, *Coſa inflexible.* Plin. *Epiſt.* 117. Inflexibilis obſtinatio.

INFLIGO, is, ere, xi, ictum. *Dàr ò ſacudir golpes, golpear à uno.* Ex *in*, & fligo verbo antiquo, quod ſternere ſignificabat. Vulnera alicui infligere. *Herirle.* Cic. *in Piſon.*

INFLO, as, are. *Inflar, hinchar ſoplando.* Inflare buccas, *Hinchar los carrillos.* Horat. *Serm. Satyr.* 1. * Inflare etiam eſt turgeſcere, tumere, *Enſobervecerſe.* Cic. 1. *de leg.* Antipater inflavit vehementiùs.

Inflatio, nis, tenſio inanium corporis ſpatiorum è flatuoſo ſpiritu. Jun.

Inflatus animus. *Animo ſobervio, hinchado, altivo.* Cic. 3. *Tuſc.* Sic igitur inflatus & tumens animus in vitio eſt. * Inflatè, & Inflatiùs, adverb. Cæſar, 2. *bell. Civil.* * Inflatus, us, *El ſoplo, ò ſopladura.* * Inflatus divinus, pro afflatu & inſpiratione. Cic. 1. *de divinat.* Tum àliquo inſtinctu, inflatuque divino futura renuntiat.

INFLUO, is, ere, influxi, xum. *Correr el agua, ò coſa liquida.* Cic. 4. *Tuſc.* Apud Hypanim fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit. Influere in aures hominum, *Introducirſe con palabras halagueñas.* Cic. *de Amic.* Quibus blanditiis Papyrius nuper influebat in aures concionis.

Influentia, æ. *Influxo*: ut apud Jul. Firmicum *lib.*1. *Matheſ.* Influentia vitiorum. * Influxio, nis. *Influxo, ò avenida.* Macrob. *Comment. lib.*12. Antequam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret.

INFODIO, is, ere, infodi, oſſum. *Cavar en la tierra, y plantar.* Vites infodere, Virgil. 2. *Georg. Plantar cepas.*

INFOECUNDUS, a, um. *Coſa eſteril, infecunda.* Lanigeris arboribus folia infœcunda. Plin. *lib.*12. *cap.*10. * Infœcundè, adverb. *Con eſterilidad.* Gell. * Infœcunditas, tis. *Eſterilidad.* Columell.

INFOELIX, cis, vel potiùs Infelix abſque diphthongo, omn. gen. *Deſdichado, infeliz, deſventurado.* Cic. 7. *Verr.* * Infœlix. *Eſteril.* Virgil. *Ecl.* 6. *Infœlix lolium &c.* * Infœlicitas, tis, vel Infelicitas ſine diphthongo, *Infelicidad, deſventura.* Terent. *in Adelph.* Cic. 2. *de finib.* * Infœliciter, adverb. *Infeliz y deſventuradamente.* * Infœlicito, as, are, vel ſine diphthongo, *Hacer à uno deſdichado y infeliz.* Plaut. *in Caſin.*

* Informaceus, formarius paries, qui duabus tabulis circundatis, tanquam in formam infercitur. Pontan. *Tapia de tierra.*

INFORMIS, e. *Coſa diſforme, ò ſin forma.* Plin. *lib.* 7. *cap.*15. * Informo, as, are. *Formar, dàr forma à la materia.* Virgil. *lib.*6. * Etiam *Educar, enſeñar, inſtruir.* Cic. *pro Archia.* Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. * Animus bene à natura informatus. Idem 1. *Offic. Un animo naturalmente inſtruido.*

Informatio, nis. *La forma que dà el artifice à la coſa: el dibujo de la obra.* * Item per translationem *La luz natural de la razon para conocer lo bueno y lo malo.* Cic. 1. *de nat. deor.* Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina ante acceptam animo rei quandam informationem, ſine qua nec intelligi quicquam, nec diſputari poſsit?

Inforo, as, verbum obſcœnum eſt. Plaut. *in Curcul.* Aliquando componitur ex *in*, & foro, as, quod eſt, intus foro. *Horadar, ò barrenar.* Plin. *lib.*17. *cap.*14. Inforare lignum.

* Infortiatum: vox barbara, ita inſcriptus tomus ſecundus Digeſtorum. Alciat.

Infortuno, as, infortunatum facio. Gell.

INFORTUNATUS, a, um. *Malaventurado, deſventurado.* Cic. *ad Attic. lib.*2.

Infortunium, ii, *Deſventura, deſdicha.* Liv. 1. *ab Urbe.* Plaut. Terent. &c. * Infortunitas, tis. Idem Gell. *lib.* 6. *cap.* 1. Felicitas & infortunitas, dolor & voluptas.

Infra, ab antiquo infer. *Debajo.* Et ſine caſu quidem adverbium eſt; adjuncta verò caſu, præpoſitio: ut apud Terent. *in Eunuch.* Ego te eſſe infra omnes infimos puto homines. Senec. *cap.* 26. *de Conſ. ad Polyb.* Cum ſupra ſe nihil, & infra omnia cerneret. *Todas las coſas miraba como inferiores à èl, y èl ſe tenia por ſuperior à todas.* * Ab Infra fit Inferus, a, um: Inferior, Infimus, & Infernus.

INFRACTUS, a, um. Idem quod fractus, niſi quod maior vis ex natura præpoſitionis accedat. *Mur quebrantado de pena, desbaratado, roto.* Cic. 1. *Acad.* Non modò non infracto animo erat, verum etiam confirmato & renovato. * Res infracta, id eſt, perdita, afflicta,

&c

& desperata. Vellei. Infractæ Galliæ à Cæsare. * Infractus legitur etiam in contraria significatione pro non fracto, confirmato, constanti, & invicto. Plin. *lib.*8. *cap.*50. * Infractio, nis. *Quebrantamiento, ruptura*, ut Infractio ossis, vel cartilaginis. Infractio animi. *Pusilanimidad, caimiento de animo.* Cic. 3.*Tusc.*

INFRÆNO, as, are. *Enfrenar las bestias.* * Etiam pro cohibere, domare, detinere: ut apud Plin. *lib.*9. *cap.* 21. Pluribus anchoris navigia infrœnant. * Infrœnare impetus, Idem. *Refrenar los impetus de las passiones.*

* Infrænatus, a, um, nomen adjectivum. *Sin freno*: ut Equi infrænati, apud Liv. 7. *bell. Maced.*

Infrænus, a, um, & Infrænis, e. *Cosa desenfrenada, sin freno*: ut Equus infrænis. Lingua infrænis. Gell. *lib.* 1. *cap.*15. *Lengua desenfrenada, maldiciente.*

Infragilis, e. *Fuerte y recio, que no se quiebra.* Animus infragilis. Ovid. *Animo y corazon de diamante.* * Infragibilis, e. Idem. Seneca *de vita beata.* Infragibilis animi rigor & providentia.

INFREMO, is, ere, infremui, itum. *Bramar.* Virgil. *lib.* 10.

INFRENDEO, es, ere, infrendui. *Regañar apretando los dientes.* Virg. *lib.*3. Dentibus infrendens gemitu &c.

Infrendes, dicuntur pueri sine dentibus, qui frendere non possunt.

INFREQUENS, tis, omn. gen. *Lugar no frequentado, desierto, ò de poca gente.* Infrequens miles, quis dicatur, vide apud Gell. *lib.*16. *cap.*4. Idem, *lib.* 13. *cap.* 29. Non sum infrequens vocum Latinarum, *Tengo práctica y conocimiento de las voces Latinas.* * Infrequentia, æ. *Esta falta de concurrentes à un lugar, ò parage.* Liv. 2. *ab Urbe.* Nec agi quicquam per infrequentiam poterat Senatus.

INFRICO, as, are, p. c. fricui, & avi, atum. *Refregar.* Colum. *lib.*12. *cap.*30. * Infricatus, a, um. *Refregado.* Plin. *lib.*28. *cap.*8. * Infrictio, nis. *Las friegas.* Celsus *lib.*8. *cap.*11. Tunc infrictiones ei membro adhibere.

INFRIGO, is, ere, infrixi, ictum. *Freir.* Plin. *lib.* 20. *cap.* 13.

INFRINGO, is, ere, infregi, actum. *Quebrantar, hacer pedazos.* Plin. Cæsar. *l.*5. *bell. civil.* Ut primus excursus, visque militum infringeretur. * Infringere digitos lyræ dixit Papinius in Achilleide, pro digitos flexibiles, faciles, docilesque modorum lyræ reddere. * Infringere pro impingere dixit Terent. *in Adelph.* Plus quingentos colaphos infregit mihi, *Mas de quinientas bofetadas me cascò.* Hinc fit Infractus, quod idem significat quod fractus, vel valde fractus. Vide *suprà.*

INFRIO, as, are. *Polvorizar, ò echar polvos sobre alguna cosa.* Cato *de re rust. cap.*79. Eos melle ungito, papavere infriato. Colum. *lib.*7. *cap.*5. Superfusoque aceto, vel æris ærugine infriata.

* Infrons, dis: sine fronde. Ovid. Et Infrons, tis, sine fronte.

* Infrontatè: impudenter. Salmas.

Infructuosus, a, um. *Cosa que no dà fruto, infructuosa*: ut, cultura infructuosa. Colum. *lib.*11. *cap.*2. Infructuosæ preces. Plin. *Epist.*176.

Infrunitus, apud Senecam *lib.*3. *de benef.* legitur pro stolido & insipiente. In eadem significatione *in Ecclesiastico cap.*23. *v.* 6. Animæ irreverenti & infrunitæ ne tradas me. Et *cap.*31. *v.* 23. Vigilia, cholera, & tortura viro infrunito. Vide *Frunitus* post *Fruor.*

INFUCO, as, are, p. p. *Afeitar, solapar, tapar con apariencia de bien.* Cic. *de orat.* Iufucata vitia noscuntur, *Conocense los vicios con apariencias de virtud.*

Infudibulum. Vide *Infundibulum.*

INFULA, æ, ab infilare, amicire. *Un liston ancho à modo de diadema, del qual pendian de una y otra parte otras cintas.* Festus: Infulas sicerdotum filamentum vocabant. Alii scribunt Infulas filamenta alba esse, quibus templa ornabantur. Nunc, *Las mitras de los Obispos.* * Infulatus, a, um, *Adornado con este trage.* Infulatus ludibrii causa, Suet. *in Calig. cap.*27.

INFULCIO, is, ire, ulsi, ultum. *Meter por fuerza*: ut, Infulcire cibum, apud Sueton. *in Tiber. cap.* 53. Senec. *Epist.* 115. Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire.

Infulgens, tis, particip. sine verbo. *Cosa resplandeciente.* Catul. *Argon.*

INFUMO, as, are. *Curar algo al humero.* Unde carnes infumatæ dicuntur, quæ fumo sunt siccatæ. Plin. *lib.*28. *cap.*9. * Infumare, pro deprimere. Lauremberg. ex Apuleio.

Infumibulum, i. Spiraculum per quod fumus exit, *El cañon de la chimenea.*

INFUNDO, is, ere, infudi, usum. *Verter, ò echar cosa liquida en otra cosa.* Columel. *lib.*6. *cap.*4. Spicas ulpici, vel allii cum vino conteras, & in naribus infundas. Cic. 11. *Philipp.* Sororis filio infudit venenum, non dedit. * Infusus, a, um, *Infundido.* Ovid. *lib.*4. *Eleg.* 5. Ut vigil infusa Pallade flamma solet. *Yo he revivido, como la llama medio muerta quando le echan aceyte.* * Infusio, nis, & Infusus, us. *Esta infusion, ò derrámo.* Plin. *lib.*24. *cap.*6. & *lib.*20. *cap.* 21.

Infundibulum, li. *Embudo para licores, ò la tolva del molino.* Cato. Plin. *lib.*3. *cap.*12.

Infusorium, ii. Apud vet. Interp. Latin. vasculum quo oleum lycno affunditur. Vet. Dict. Infusorium, vas in quo est oleum, quod ponitur in lucernis, *La aceytera.* Item Infusorium dicitur, per quod projicitur ablutio calicis.

Infurnibulum, i. *Pala del horno.* Plin. *lib.* 24. *cap.* 15. Etiam, *El hornillo con que se toma el tabaco de humo.* Salas. Ego potiùs dicerem Infumibulum.

INFUSCO, as, are. *Dàr de color negro à una cosa.* Colum. *lib.*7. *cap.* 3. Infuscata vellera, *Lanas teñidas de negro.* Plin. *lib.*9. *cap.*29. Infuscata aqua, *Agua turbia puerca.* * Infuscari barbarie, translatè., *Corromperse con la barbarie.* Cic. *de clar. Orat.*

Infucus, i. *Color bazo, ò pardo.* Colum. *lib.*9. *cap.*1.

* Infuso, as, fuso involvo. Cath. *Hilar.*

Ingelabilis, e. *Lo que no se yela.* Gell. *lib.*17. *cap.* 9. Cur fluviorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne ingelabile sit. Quædam exemplaria habent *incongelabile.*

INGEMINO, as, are. *Repetir, redoblar.* Virg. 1. *Georg.* Tum liquidas corvi presso ter gutture voces, aut quater ingeminant, *Entonces los cuervos estrechando el cuello repiten tres ò quatro veces sus graznidos.*

INGEMO, is, ere, mui, itum, p. c. vel Ingemisco, scis. *Gemir.* Habet aliquando post se accusativum. Virg. *in Daphnide.* Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuisse leones Interitum: *O Daphne! aun los leones del Africa lloraron tu muerte.* Cic. 2. *Tusc.* Quem vidit nemo illi ingemis scentem malo.

INGENERO, as, are. *Engendrar.* Cic. 1. *Offic.* Eadem natura ingenerat homini in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt. Idem *de Lege Agrar.* Ingenerantur hominibus mores à stirpe generis, *A los hombres les vienen de casta las costumbres de sus antepassados.*

INGENICULO, as, & Ingeniculor, aris. *Arrodillarse, ò hincar las rodillas.* Lamprid. *in Heliogab.*

Ingeniculus: prociduus in genua sua. *Arrodillado.* * Item Signum in Cœlo, quod Græco vocabulo *Engonasin* nominant. Firmic. *lib.*6. Hic est Hercules (ut Higinus docet) qui dextro genu nixus, siniftro pede capitis dra-

co-

conis dexteram partem opprimere conatur.

INGENIUM, nii: à gignendo. *El natural que cada uno tiene.* Plaut. *Aſinar. in fine.* Nemo eſt ingenio tam duro, quin ſibi benefaciat, *Ninguno es de natural tan duro, y cruel, que no ſe haga bien à ſi miſmo.* Sic, Eſſe ingenio leni, vel immiti, pudico, vel impudico &c. *Ser de natural blando, ò aſpero &c.* * Etiam, *El ingenio, potencia nobiliſſima del hombre, con que diſcurriendo alcanza lo que ſe conforma con la razon.* Cic. 2. *de finib.* * Ingenia, pro Scriptis, ſive libris. Senec. *cap.* 9. *de Tranq.* Sacrorum ingeniorum opera. Ingeniorum monumenta, Quintil. * Etiam pro Scriptoribus, Velleius; Eminentia ingenia. Plaut. *in Captiv. ſc.* 2. *a.* 1. Ut ſæpe ſumma ingenia in occulto latent. * Pro animo, ſive fronte. Idem *in Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Nos ingenio hilari, & lepidè accipiet, *Nos recibirà con roſtro alegre, y con agaſajo.*

Ingenioſus, a, um. *Perſona ingenioſa, de agudo ingenio.* Cic. *pro Cluent.* Homo imprimis ingenioſus, eſt in dicendo exercitatus. Idem *pro Roſcio.* Quo quiſque & ingenioſior & ſolertior, hoc docet iracundiùs. * Ingenioſus ager, *Tierra buena para dàr fruto.* Ovid. 4. *Faſt.* Ad ſegetes ingenioſus ager. * Ingenioſè, adverb. *Ingenioſamente.* Cic. Velleius, Homo ingenioſiſsimè nequam Curio.

Ingens, tis. *Coſa muy grande en ſu genero.* Plus eſt ingens, quàm magnus. * Ingens animus: Fortis, magnus, & conſtans. Horat. 2. *Serm.* Ingens virtus atque animus.

INGENUUS, a, um. *El que es hijo de padres libres, y de legitimo matrimonio, y hidalgo.* * Artes ſive diſciplinæ ingenuæ, *Las Artes liberales.* Ovid. 1. *Triſt. Eleg.* 8. Ingenua facies, quæ & liberalis dicitur, *Cara de hombre de bien.* Plaut. *in Pœnul.* Facies quidem pol ingenua eſt.

Ingenuitas, tis. *Nobleza, hidalguia.* Cic. *Variis in locis.* Ingenuè, adverb. *Ingenuamente, ſincera y francamente.* Cic. *ad Metellum.* Apertè, atque ingenuè confitebar.

Ingenuatus: ingenuis moribus dotatus. *Acaballerado.* Plaut. *in Milite.*

INGERO, is, ere, ingreſsi, eſtum, *Meter, tirar, echar.* Plaut. *in Pſeud.* Tu qui in urnam habes, aquam ingere, *Tu que tienes el cantaro, echale el agua.* * Ingerere laxa, tela. Liv. 2. *bell. Punic. Tirar piedras, dardos.* Ingerere cibum, vel potionem ægroto. Celſ. *Darle, ò meterle por fuerza al enfermo la comida, ò bebida.* Convitia ingerere alicui, Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5. *Decirle à uno oprobrios.* Mala multa in aliquem ingerere. Plaut. *in Bacchid. Echarle muchas maldiciones.* Ligna ingerere foco, *Echar leña al fuego.* Tibul. *Eleg.* 1. Semen ſolo ingerere, Colum. *lib.* 2. *cap.* 10. *Sembrar.* Oſculum ingerere alicui. *Beſarle.* Sueton. *de clar. Grammat.*

Ingeſtus, a, um. *Coſa metida por fuerza.* Tacit. *lib.* 1. Nomen patris patriæ Tiberius à populo ſæpius ingeſtum repudiavit, *No quiſo Tiberio admitir el titulo de padre de la patria, que muchas veces le daba el pueblo.* Ingeſta humo contumulari aliquem, *Echarle tierra al cadaver, y enterrarle.*

Ingeſtabilis, e. *Coſa que por moleſta no ſe puede tolerar, como una gran carga.* Plin. *lib.* 7. *cap.* 6. Ingeſtabile onus crurum & inguinum levis tumor, *Una leve hinchazon de las rodillas y de las ingles, es una carga que no ſe puede llevar.*

INGIGNO, is, ere, ingenui, ingenitum, *Engendrar. Comunicar alguna propriedad en la generacion.* Cic. 2. *finib.* Eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi. * Ingenitus, a, um, *Coſa connatural de nacimiento:* ut Ingenita nobilitas. Ovid. *Nobleza de caſta.* * Etiam, *No engendrado:* ut, Deus Pater ingenitus.

Ingitas, tis: quaſi indigitas, *Neceſsidad, pobreza.* Plaut. *in Pœnul.* Profectò ad ingitatem lenonem redegit.

INGLOMERO, as, are. *Envolver, amontonar.* Stat. 1. *Thebaid.* Plurimus Auſter Inglomerat noctem, tenebroſa volumina torquet.

Inglorius, a, um. *El que no tiene reputacion ni honra.* Cic. 1. *de legib.* Miſeri qui ſunt inglorii.

Ingluvies, ei, f. g. ex *in*, & gula, quaſi inguluvies. *Glotoneria.* Terent. *in Eunuc.* Etiam, *El buche de las aves.* Colum. *lib.* 8. *cap.* 5. Etiam, *El guarguero, ò garganta.* Apulei. Reſtis ad ingluviem aſtricta. *Pueſta la ſoga à la garganta.*

* Ingraminat ager: in gramen irrumpit. Feſtus, *Obherbeſcere* dixit: *Obherbeſcere, herbam increſcere.*

* Ingrandeſco, is, ere, dui. *Ir creciendo, y agrandarſe.* Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Locis apricis licet porrum, ſi jam ingranduit, transferre.

* Ingratia: non gratia, ingratitudo. Tertul.

INGRATUS, a, um. *Coſa deſagradable, no guſtoſa:* ut Onus ingratum. Ovid. Ingrata oratio, Catull. Ingrati ſaporis caſeus. Colum. * Ingratus item, *El ingrato, ò deſagradecido del beneficio.* Sueton. *in Neron. cap.* 32. Ingratos libertos revocavit in ſervitutem. * Ingratus, invitus, coactus. *El que hace algo por fuerza, y contra ſu guſto.* Terent. *in Eunuc.*

* Ingratificus, pro ingrato, & immemore beneficii, *El ingrato.* Cic. pro Sextio. O ingratifici Argivi! * Ingratè, adverb. *Deſagradecidamente.*

Ingratis, adverbium, *Contra la voluntad propria, forzadamente.* Cic. *pro Quint.* * Ingratiis, loco adverbii poſitum, pro Ingratis: ut, Ingratiis tuis, id eſt, præter gratiam tuam: quaſi dicas, non eſt quod tibi gratias agam. Plaut. *in Mercat.* & *in Caſin. &c.* * Ingratitudo, Latinum non eſt: ejus loco dicitur, oblivio beneficii, *Ingratitud.*

INGRAVO, as, p. c. are. *Agravar.* Virg. *lib.* 11. * Ingraveſco, cis, ere. *Hacerſe peſado, y moleſto. Agravarſe.* Cic. *de ſenect. & ad Brut.* Ingraveſcit in dies malum, *El mal ſe agrava cada dia mas.* Ingraveſcens ætas. *Edad canſada.* Cic. Ingraveſcit annona, *Se encarece el trigo, y los baſtimentos.* Cæſar.

INGREDIOR, eris, ingreſſus ſum, ingredi. *Entrar en lugar.* Etiam, *Andar por lugar.* Virgil. 1. *Georg.* Ingredi Conſulatum. *Entrar en la dignidad de Conſul.* Ingredi veſtigia alicuius. Livius. *Seguir los paſſos, ò exemplos de otro.* ¶ Ingreſsio, nis. *Entrada.* Cic. * Ingreſſus, us. *Andadura.* Cic. 2. *de nat. deor.* Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſsio. * Ingreſſus item, *La entrada, ò principio de alguna coſa.* Quintil. *lib.* 9. *cap.* 4.

INGRUO, is, ere, ingrui, à gruibus. *Aſſaltar, acometer con impetu.* Ingruit hiems, frigus, imber, metus, morbus, periculum, vis, fatum, *Vienen, acercanſe, entran eſtas coſas adverſas.*

* Ingruſia, ficus veneno infecta: ab *in*, & gruſum, id eſt, groſſus. Chiffl.

INGUEN, inis. *La ingle*, in plurali Inguina, um. Paſsim ab Scriptoribus Inguina accipiuntur pro ipſis pudendis tàm fœminarum, quàm virorum. * Inguen, pro inguinum tumore, qui *bubon* Græcè dicitur, *El incordio.* Celſus *lib.* 3. *cap.* 5.

* Inguinalis. Hadrian. Jun. *in Nomenclat.* Aſter Atticus, annellus flos.

Inguinaria, æ. Herba eſt frequens in vepribus naſcens, quæ & Aſter Atticus dicitur. Inguinaria inde appellatur, quòd inguinis dolores ſedet. Plin. *lib.* 26. *cap.* 9.

INGURGITO, as, are. *Comer, ò beber con anſia y demaſia: tragar haſta rebentar.* Plaut. *in Curcul.* Ingurgitare ſe inflagitia, *Anegarſe en maldades.* Cic. *in*

Piſon.

Piſon. Ingurgitare ſe in philoſophiam. Gell. *lib.5. cap.* 16. *Embeberſe en la Filoſofia.*

INGUSTABILIS, e. *Lo que no es de buen guſto, ò no ſabe bien al guſto.* Plin. *lib.* 2. *c.*106.

Inguſtatus, a, um. *Coſa no guſtada.* Horat. 2. *Serm. ſat.* 8. *Inguſtata mihi porrexit ilia rhombi*: id eſt quæ antè nunquam guſtaveram.

Inhabilis, e. *Coſa inhabil, no apropoſito.* Colum. *lib.* 2. *cap.* 1.

INHABITO, as, are. *Habitar, morar.* Liv. 4. *bell. Pun.* Inhabitabilis, e. *Lo que no ſe puede habitar. Lugares, ò tierras inhabitables.* Cic. 1. *de nat. deor.* * Inhabitator, is, *El habitador.* Ulpian. *D. lib.*9. *tit.* 3. *l.*5.

INHÆREO, es, ere, hæſi, hæſum. *Eſtàr pegado.* Inhærere voluptatibus. Cic. 1. *de finib. Eſtàr aſido à ſus guſtos.*

Inhærebat oculis memoria imaginis. Plin. *in Epiſt. Trabia delante de los ojos ſu viva repreſentacion.* Inhærere veſtigiis alicuius. Columel. *Seguir ſus piſadas, ò imitarle.*

* Inhibæ, aves adverſæ, quæ inhibent. Cerda.

INHIBEO, es, ere, in hibui, ibitum ex *in*, & habeo. *Impedir no paſſe adelante lo comenzado.* Virgil. *lib.* 2. Vos tela inhibete Latini, *O voſotros los Latinos, retirad las armas, no proſigais la guerra.* Inhibere imperium, *Atarle al que manda las manos, y quitarle el mando.* Liv. *lib.*1. *bell. Maced.* * Inhibere remos meatphoricè eſt in re aliqua cœpta ſubſiſtere, & ulterius non progredi. Quintil. *lib.*12. *in præf. Suſpenderſe en la continuacion de la obra.* Inhibere alvum, id eſt ſiſtere, *Detener los curſos.* Plin. *lib.*19. *cap.*18.

* Inhibi, pro inibi.

Inhibitor, exactor, quaſi inhibens lites inter eos. Cath.

INHIO, as, are. Luporum proprium eſt, qui aperto ore, linguaque exerta cibum appetere dicuntur, *Abrir mucho la boca como un lobo.* Per translationem tamen, *Deſear vehementemente alguna coſa, y poner todas ſus fuerzas para lograrla.* Conſtruitur cum dativo, vel accuſativo. Tacit. Pariter hortus inhians. Apul. *lib.* 11. His roſis inhians acceſsi. Plaut. *in Stich.* Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus. Cum præpoſitione & accuſativo. Lucret. *lib.*1. Paſcit amore avidos inhians in te Dea viſus. * Inhiatio, nis, magna aviditas: *Anſia, ò deſeo grande.* Jul. Capitolin. *in Galieno.*

INHONESTUS, a, um. *Coſa deshoneſta, torpe, fea, y vil.* Terent. *in Eunuch.* Inhoneſtiſsima cupiditas. Cic. *Apetito deshoneſtiſsimo.* * Inhoneſtas, tis, *Torpeza, deshoneſtidad.* Tertull. *contra Judæos*: Et omni inhoneſtate proſtratus, *Envilecido y abatido con todo genero de deshoneſtidades.* * Inhoneſtamentum, dehoneſtamentum, dedecus, *Deshonra.* Apulci. *in Apolog.* ¶ Inhoneſtè, adverb. *Deshoneſta y feamente.* Terent. *in Andr.* Cic. *ad Attic.*

Inhoneſto, as, are. *Echar à perder lo bien hecho.* Ovid. 4. *Triſt. Eleg.*8. Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas.

INHONORATUS, a, um. *El que no tiene honra, deſpreciado.* Cic. 3. *Tuſc.* Liv. Inhonoratiſsimi. * Inhonorus, a, um. *Coſa baja y ſin honra.* Facies inhonora. *Cara de hombre ordinario.* Silius *lib.* 10. Inhonora ſepulchra, honore carentia. Interpres Perſii *Sat.*6.

INHORREO, es, ere, inhorrui. Vel Inhorreſco, is. *Herizarſe, y eſpeluzarſe los cabellos de frio, pavor, ò eſpanto.* Liv. *lib.*8. *ab Urbe.* Plin. *lib.* 10. *cap.* 41. Inhorreſcunt aves edito ovo, *Herizanſe las aves al poner los huevos.*

INHOSPITUS, a, um. *Lugar deſierto, ſolo, que por ſu aſpereza no admite hoſpedage.* Inhoſpita littora Ponti. Ovid. * In hoſpitalis, e. *Que no recibe hueſpedes, ò los trata mal.* Plin. *lib.*6. *in præfat.* Inhoſpitalis feritas. * Inhoſpitalitas, tis, *Malo, ò ningun apoſentamiento.* Cic. 4. *Tuſc.*

* Inhuber, tenuis & exſuctus, Gell. *lib.* 20. *cap.*7. Oſtreæ inhuberes, macræque, *Oſtras ſin jugo, y macilentas.*

INHUMANUS, a, um. *Coſa inhumana, cruel.* Cic. 4. *Verr.* Inhumanus homo. Et Homo inhumaniſsimus, apud Terent. *in Phorm.* * Inhumanè, adverb. *Inhumanamente.* Cic.3. *Offic.* * Inhumaniter, adverb. eiuſdem ſignificationis. Cic. *ad Q. fr.* * Inhumanitas, tis. *Inhumanidad, crueldad.* Cic. 2. *Philipp.*

INHUMO, as, are *Enterrar, cubrir con tierra.* Plin. *lib.* 17. Inhumatus, a, um, *Coſa no enterrada.* Cic.4. *Tuſc.* Diogenes juſsit ſe projici inhumatum.

Inibi, adverbium ex *in*, & *ibi*: quaſi intus ibi, vel in eo ipſo loco. *Allì miſmo, allì en el miſmo lugar.* Plaut. Nos domum properamus: vos inibi adeſte. * Ponitur pro Sic, apud Pacuvium. Profecto aut inibi eſt, aut jam potiuntur frugum.

* Inigo, is, ere, p. c. Verbum ruſticorum, qui dicebant, Inigere pecudes, ut contra exigere, cùm è ſtabulis educebant. Varro *lib.*4. *de L. L.*

INJICIO, is, ere, injeci, ectum. *Echar algo adentro.* Terent. *in Andr.* Quæ ſe in ignem injicere voluit, prohibui, *La quitè de que ſe arrojaſſe al fuego.* * Injicere manus, eſt manibus apprehendere, & tanquam rem ſuam ſibi vindicare. *Tomar alguna coſa como ſuya propria.* Unde Manus injectio dicitur vendicatio rei nobis debitæ, nulla judicum authoritate expectata. * Injicere metum alicui, *Poner miedo.* Plaut. Injicere alicui catenas, *Echarle priſiones.* Deus mihi hanc mentem injecit, *Dios me inſpirò eſte penſamiento.* Religionem alicui injicere, *Meterle en eſcrupulo.* Injicere manum alicui. Plaut. *in Aulul. Detener à uno para hablarle, ò ſaludarle.* * Injectus, us, *La accion de echar, echadura.* Plin. *lib.*8. *cap.*16.

Injectio, nis. Idem quod injectus. Manus injectio, *El derecho que uno tiene ſobre alguna coſa ſuya.* Quintil. Patrî in filium, patrono in libertum manus injectio ſit, *El padre tenga dominio ſobre ſu hijo, el patron ſobre el liberto.* Vide Paul. *l. penult. ff. de ſervis export.* Senec. 2. *de tranq. vitæ.* Habebant ergo ſecum vera bona, in quæ non eſt manus injectio, *Tenian conſigo aquellos verdaderos bienes ſobre que la fortuna no tenia derecho.* * Injecto, as, are frequentativ. Stat. 9. *Theb.*

INIMICUS, ci. *El enemigo.* Cic. 5. *de finib.* * Inimicus, a, um, *Coſa enemiga, dañoſa*: ut Inimicus animus. Cic. Plin. *lib.*11. *cap.*53. Inimicæ oculis vomitiones, maximè autem dentibus. * Inimicitia, æ. *Enemiſtad.* Cic.4. *Tuſc.*

Inimico, as, are, *Enemiſtar à otros.* Horat. 4. *Carm. Ode ult.* Non ira quæ procudit enſeis, Et miſeras inimicat urbes. * Inimicor, aris, *Enagenarſe, enemiſtarſe.* Cic. *de petition. Conſulat.* * Inimicè, & Inimiciter, antiq. *Como enemigo.* Cic. 2. *Philipp.* Nonius.

Inimitabilis, e. *Lo que no ſe puede imitar.* Quint. Opera quædam nobis inimitabilia.

* Inindè, adverb. Ex eo loco. *De aquel lugar.* Livius. Ita exercitu ininde domos abducti.

* Ininventibilia: quæ inveniri non poſſunt. Tertull.

INIQUO, as, are. Verbum antiquitate obſoletum, quo uſus eſt Laberius poëta antiquus: Æquum animum indignanti iniquat contumelia. Apud Nonium, id eſt, abalienat.

Iniquus, a, um, ab *in*, & æquus. *Coſa deſigual, no llana.* Unde Iniquus locus dicitur, qui æqualis non eſt. Livius 2. *ab Urbe.* * Per translationem verò, *Iniquo, injuſto, malo, perverſo.* Cic. 2. *Tuſc.* & *pro Planc.* Homo natura aſper, atque omnibus iniquus. * Pondus iniquum,

quum, *Peſo grande.* Virg. 1. *Georg.* Mente iniqua ferre aliquid, *Sufrirlo de mala gana.* Spatiis excluſus iniquis. Virg. 4. *Georg. Haviendo ſalido de eſtos aprietos.* Sidus iniquum, *Signo, ò conſtelacion maligna.*

Iniquitas, tis. *Iniquidad, malicia, injuſticia.* Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. * Iniquitas loci, *Deſigualdad del terreno.* Liv. 7. *ab Urbe.* Si ab eo conſilio iniquitate loci deterrentur. * Iniquitas temporis, *Anguſtia, eſtrechèz, ò malicia del tiempo.* Liv. 5. *bell. Maced.* * Iniquè, adv. *Iniqua, ò injuſtamente.* Cic. *ad Brut.*

Iniraſcentia, æ. *Apacibilidad de genio, del que no ſe enoja.* Græc. *aorgesia.*

Initium, tii. *Principio*: ut Initium orationis. Quintilian. *lib.* 4. *cap.* 1. * Ab initio, *Deſde el principio.* * Initia, orum, pro natalibus. Velleius. Natus obſcuriſsimis initiis. *De bajiſsimo nacimiento.* Idem. Neque fratris initiis, neque ſuæ reſpondit conſuetudini. *Ni correſpondiò à las obligaciones y nobleza de ſu hermano, ni à ſu coſtumbre.* * Initia item dicebantur Cereris ſacra, quæ & *myſteria* Græco nomine appellantur. Varro 2. *de re ruſt.* Alio nomine Initiationes nuncupantur, quæ (ut ait Tertullianus) ſemper arcent prophanos, & arbitris carent. Item, Bacchi ſacra, Initia ſimiliter dicebantur, teſte Livio *lib.* 9. *dec.* 4.

Initio, as, are. Sacris imbuo, inauguro. Gr. *myô. Ordenar, ò conferir Orden ſacro.* Unde Initiatus, ſacris imbutus, *El Ordenado in ſacris.* * Initior, aris, deponens, eſt inchoare, & auſpicari. *Dàr principio, principiar.* Firmicus: Ver initiatur, quum primum Arietis partem Sol fuerit ingreſſus.

Initialis, e. *Coſa perteneciente à principio, ò coſa principal*: ut Initiales literæ, quæ alio nomine Unciales dicuntur.

* Initiamenta, orum. Religionis prima dogmata. Senec. *Epiſt.* 91.

* Initiæ, arum. Amictus, ſive ligulæ, quæ annectuntur ante pectus. Chiffl. *Faxas para abrigar y ceñir el pecho.*

Inito, as, video *Ineo, is.*

INJUCUNDUS, a, um. *Coſa deſagradable, no guſtoſa.* Minimè nobis injucundus labor. Cic. 1. *de finib.* * Injucundè, adverb. *Diſguſtadamence.* Idem *ad Attic. lib.* 1. * Injucunditas, tis. *Diſguſto, ò deſagrado.* Cic. 2. *de nat. deor.* Ne quid habeat injucunditatis oratio.

Injudicatus, a, um. *Coſa no juzgada, ò ſin juzgar.* Quintilian. *lib.* 10. *cap.* 1. Id quoniam ad præſentem materiam nihil pertinet, injudicatum relinquo. Gell. *lib.* 13. *cap.* 23.

Injuges, hoſtiæ dicebantur quæ nunquam domitæ, aut jugo ſubditæ fuerant. Feſtus, & Macrobius.

INJUNGO, is, ere, injunxi, unctum. Impono, mando, præcipio. *Encargar, mandar.* Liv. 3. *ab Urbe.* ¶ Etiam, *Cargar, ò añadir mas peſo.* Columell. *lib.* 7. Interdum & pondus aliquod injungitur (bobus) ut majore niſu laboris exploretur patientia. ¶ Injungere detrimentum Reipublicæ, *Cauſar detrimento à la Republica.* Brut. *ad Ciceron.* 13. *Epiſt.* ¶ Injungere ſervitutem, In ſervitutem redigere. Liv. 3. *ab Urbe.* ¶ Injungitur tibi neceſsitas Senec. *Te ſe pone en priſion.* Injungere verba, pro jungere, & componere, Quintil. Injunctæ vineæ mœnibus. Liv. *Viñas pegadas à las murallas.* Injunctus muro agger. Idem.

Injuratus, a, um. *No juramentado, que no jurò.* Cic. *pro Cecinna.*

INJURIA, æ. Inde dicta quòd non jure fiat. *Agravio, injuſticia, injuria.* Omne enim quod non jure fit, injuria dicitur, ſive verbis, ſive re. Ulpian. *l.* 1. *ff. de injuriis, & fam. libell.* ¶ Injuriâ aliquando adverbii loco ſumitur, pro Immeritò, *Sin razon.* Cic. *in Catilin.* Ego tibi injuriâ ſuſpectus ſum. *Sin razon me tienes por ſoſpechoſo.* Plaut. *in Milit.* Amant te omnes mulieres, neque injuriâ, qui ſis tam pulcher.

Injurioſus, a, um, qui injuriam infert. *El que hace injuria.* Cic. 1. *Offic. & 1. de legib.* Injurioſa vita, *Vida llena de maldades, y que à otros hace daños y agravios.* ¶ Injuriosè, adverb. *Injurioſamente.* Cic. Columell. ¶ Injuriè, idem quod injuriosè Nonius. ¶ Injurius, a, um. Idem quod Injurioſus. Plaut. *in Aulul.*

Injuſſus, a, um. *A quien no ſe le ha mandado, ni tiene orden para ello.* Horat. 1. *Serm. Sat.* 1.

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inter amicos,
Ut nunquam inducant animum cantare rogati:
Injuſſi nunquam deſiſtant.

Todos los cantores tienen eſte vicio, que quando les ruegan que canten, no quieren: pero quando ſin mandarſelo lo hacen por ſu guſto, no ſaben dexarlo. Virgil. 1. *Georg.* Atque injuſſa vireſcunt Gramina. *La hierba ſale de ſuyo, y ſin cultivo alguno.* ¶ Etiam, *Lo que ſe hace ſin mandarlo.* Idem, *Ecl.* 6. Non injuſſa cano, *No canto lo que no ſe me ha mandado.*

Injuſtus, a, um. *Coſa injuſta.* Plaut. ¶ Injuſtè, *Injuſtamente.* Cic. *pro Flaco.* * Injuſtitia, æ. *Injuſticia, injuria.* Terent. *in Adelph.* Gell. *lib.* 1. *cap.* 6.

* Inlex, inlêgis, p. p. Significat, qui legi non paret, Gr. *anomos.* Exlex. Inlex, correpta ſequenti ſyllaba, ſignificat inductorem, ab inliciendo. Feſtus. Plaut. *in Aſin.* Eſca eſt meretrix, lectus inlex: aliàs inlix.

* Inlices, um: canales, in quos aqua confluit in viis lapide ſtratis, ab eliciendo dicti.

* Inliciator, emptor.

* Inlicium, cùm populus ad concionem elicitur. Varro 5. *de L. Lat.*

* Inliterata, pax literis non comprehenſa.

* Inludia, illuſiones. Tertull.

* Inluna, & Inlunis nox, id eſt, obſcura. Apul. *lib.* 9. Paterfamilias pago proximo tenebris inlunæ caliginis impeditus. Vide *Illunis.*

INNASCOR, eris, innatus ſum innaſci. *Nacer con otro: ò ſer connatural en alguno.* Innatum eſt omnibus id vitium, *Es natural en todos eſte vicio.* Plaut. *in Mil.* Non mihi avaritia unquam innata eſt, ſatis habeo divitiarum.

Innato, as, are, p. c. *Nadar.* Flumen, vel flumini. Columell. *lib.* 11. *cap.* 4. Virgil. 2. *Georg.*

Innavigabilis, e. *Donde no ſe puede navegar.* Liv. 5. *ab Urbe.* Tyberis innavigabilis fuerit. *En aquel año por los yelos el Tiber no fue navegable.*

INNECTO, is, ere, innexui, exum. *Atar, ò ligar, travar.* Virgil. *lib.* 8. Tum lactea colla Auro innectuntur. Ovid. Odoratis innectunt tempora ſertis.

* Innervis, enervis, ſocors. Sidon.

INNITOR, eris, inniſus, vel innixus ſum, inniti. *Eſtrivar en algo.* Inniti haſtæ, vel haſta, aut in haſtam. Plin. *lib.* 7. *cap.* 53. In fratrem innixus obiit. *Muriò apoyado ſobre ſu hermano.*

INNO, as, are: quaſi intus no. *Nadar por debajo del agua.* Cic. *de nat. deor.* Quot genera, quamque diſparia partim ſubmerſorum, partim fluitantium, & innantium belluarum. Liv. Innare aquæ.

Innabilis, e. *Innavegable, ò que no ſe puede navegar, ò nadar.* Ovid. 1. *Metam.* Innabilis unda.

INNOCENS, tis, adject. *Coſa innocente, que à nadie hace mal, ò no tiene culpa.* Cic. 5. *Tuſc.* Cæſ. 6. *bell. Gall.* Ne innocentes pro nocentibus pœnas pendant: *No ſea que paguen juſtos por pecadores.*

Innocentia, æ. *La innocencia.* Cic. 3. *Tuſc.* ¶ Innocenter, adv. *Innocentemente.* Plin. Quintil. *declam.* 328.

Innocuus, a, um, activè, & paſsivè. *El que no hace daño*

ño : y el que no le recibe. Ovid. Plin. lib.8. Virg. lib.10. Et ſedere carinæ omnes innocuæ: id eſt, ſine detrimento.

Innominabilis. Non nominandus. Gell. lib.2. cap.6.

INNOTESCO, cis, ere, innotui. *Darſe à conocer, ſer conocido.* Plin. lib.15. cap.11. Cteliſichus petulanti pictura innotuit. Sueton. *in Neron.* Innotuerunt vulgo ea carmina. *Aquellos verſos ſe divulgaron.*

Innovo, as, are. *Innovar, introducir novedades, nuevas coſtumbres, y uſos.* Cic. *in Piſon.*

* Innox: quod non nocet. Gloſſ.

Innoxius, a, um. *El que à ninguno hace mal, innocente.* Plaut. ¶ Et Innoxius paſsivè, *El que no recibe daño.* Colum. lib.5. cap.9. Ut ſit innoxius ab injuria pecorum.

INNUBILO, as, are. *Anublar, eſcurecer.* Solin. ¶ Innubilus, a, um. *Coſa ſin nubes:* Innubilus æther, Lucret. lib.3. ¶ Innubis, e. Idem: ut, Dies innubis, *Dia claro, ſin nubes.* Senec. *in Herc.*

Innubo, is, ere, upſi, uptum. *Caſarſe la muger, y entrar en caſa del marido.* Feſtus, Innubere in illuſtrem familiam dicuntur mulieres, quæ viro generoſo nubunt, multiſque imaginibus claro.

Innuba, æ. *Muger ſoltera, que nunca ſe casò.* Sic Laurus innuba dicitur apud Ovid. 10. *Metam.* propter Daphnem virginem, quam fabulantur in laurum fuiſſe transformatam. ¶ Innuptus, a, um. *No caſado.* Virg. lib.2. Circum pueri, innuptæque puellæ Sacra canunt.

INNUMERABILIS, e. *Lo que no ſe puede numerar, innumerable:* ut Innumerabilis pecunia. Cic. 5. *Verr.*

Innumerabilitas, tis. *Infinidad.* Cic. 1. *de nat. deor.* ¶ Innumerabiliter, adverb. Lucret. lib.5.

Innumeralis, e. Idem quod Innumerabilis. Antiquum eſt. Lucret. lib.2. Numero innumerali. ¶ Innumerus, a, um: Innumerabilis. Plin. lib.2. cap.3. Innumeræ rerum effigies. ¶ Innumeroſus, a, um. Idem. Plin. lib. 10. cap.65.

INNUO, is, ere, innui. *Hacer ſeñas con la cabeza, ò con los ojos.* Cic. *pro Muræna.*

Innuptus, vide *Innubo.*

Innutrio, is, ire. *Criar.* ¶ Innutritus, vel potius innatus diſciplinis, Senec. *Criado, ò por mejor decir connaturalizado con las ciencias.* Sueton. *in Aug.* Innutritus amplis opibus.

Ino, us, *Hija de Cadmo, muger de Athamanto Rey de Thebas, llamada Matuta, ò Aurora.* Lucret. lib.5. Ovid. *in Faſt.*

* Inobaudire, pro inobedire, verbum Tertulliani.

Inoblitus, a, um. *Que nunca ſe olvida.* Ovid. 4. *de Ponto, Eleg.*14. Semper inoblitâ repetam tua munera mente.

Inobrutus, a, um, p. c. *Coſa no ſoterrada, ni anegada.* Ovid. 7. *Metam.*

Inobſcuro, as, are, p. p. *Eſcurecer.* Cic, 9. *Philipp.* Nulla eius legationis poſteritate inobſcurabit oblivio.

Inobſequens, tis, omn. gen. *Deſobediente, inobediente:* Inobſequentes protinus frœnis equi. Senec. *in Hippol.*

Inobſervatus, a, um. *Coſa no reparada, ni mirada.* Ovid. 4. *Metam.* At ille, Ut puer, & vacuus, & inobſervatus in herbis, Huc it, & hinc illuc. Plin. lib.28. cap.5. Inobſervata varietas. ¶ Inobſervabilis, e. *Coſa que no ſe puede comprehender, ni obſervar.* Catull. *in Argon.* Inobſervabilis error. Inobſervabilis curſus, apud Plin. lib.2. cap.17.

Inocciduus, a, um. *Coſa que no deſcaece, que ſiempre dura, perpetua:* ut, Viſus inoccidui: id eſt, oculi ſemper vigilantes. Stat. 6. *Theb.*

INOCCO, as, are. *Cubrir de tierra lo ſembrado.* Colum. lib.2. cap.8.

INOCULO, as, are. *Ingerir de eſcudete.* Colum. lib.11. cap.2. ¶ Inoculatio, nis. *Aquella obra de ingerir.* Plin. lib.17. cap.14. ¶ Inoculator, is. *Ingeridor de eſcudete.* Plin. lib.16. cap.33.

INODORUS, a, um, p. p. *Coſa que no tiene olor.* Perſ. Sat.6. ¶ Inodorus item, qui odorandi vim habet. *El que tiene olfato.* Nonius. Gell. lib.7. cap.6.

Inodoro, as, are. *Echar de ſi buen olor, ò oler.* Colum. lib. 11. cap.3.

INOFFENSUS, a, um. *Coſa no dañada, ni ofendida:* ut Valetudo inoffenſa, apud Gell. lib.2. cap.1. *Salud entera, ſin algun accidente.* Pede inoffenſo ſpatium percurrere vitæ. Ovid. lib.1. *Eleg.*8. *Paſſar la vida ſin daño alguno, innocentemente.* ¶ Inoffenſè, & Inoffenſùs, adverbia, Gell. lib.6. cap.2.

Inofficioſus, a, um. *El que no cumple con ſu oficio, ù obligacion.* Quintil. Inofficioſi oratores, qui officio non reſpondent. Cic. *ad Attic.* lib.13. ¶ Inofficioſum teſtamentum, dicitur (ut ait Paul. Jurisconſultus) quod non ex officio pietatis paternæ confectum eſt, filiis ſine legitima cauſa exhæredatis.

* Inola, corrigia libri. Pap.

INOLENS, non olens. Lucret. lib.2.

Inoleſco, is, ere, inolui, & inolevi, etum, & itum. Superincreſco, *Creçer ſobre otra coſa.* Columell. lib. 5. cap.10. Amygdala, ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito, & ita librum arboris inoleſcere ſinito. *El almendro, ſi fuere poco fertil, hazle un abugero, mete alli una piedra, y aſsi dexa crecer por encima la corteza del arbol.* Et Virgil. 2. *Georg.* ¶ Natura induit nobis, inolevitque in ipſis ſtatim principiis, quibus nati ſumus, amorem noſtri & charitatem; id eſt, indidit.

INOMINATUS, a, um. Malè ominatus. *Deſdichado, de mal aguero.* Horat. *Epod.*16. Inominalis, e, idem. Gell. lib.5. cap.17.

Inopaco, as, are. *Hacer ſombra.* Colum. lib.8. cap.15.

* Inopertus, a, um, ut inoperto capite, id eſt, invercundè. Senec. *de vita beata, cap.*13. Non timidè, nec obſcurè luxuriantur, etiam inoperto capite.

INOPINANS, tis, penult. produc. adjectiv. *El que no pienſa lo que puede acontecer.* Cæſar, 7. *bell. Gall.* Multos in agris inopinantes deprehendit. *Cogiò à muchos deſcuidados en los campos.* ¶ Inopinanter, adverb. *Impenſadamente.* Sueton. *in Tib. cap.*60. ¶ Inopinatus, a, um. *Coſa improviſa, ò impreviſta.* Cic. 3. *Tuſc.* ¶ Inopinata, quæ Græcis paradoxa. Senec. *Epiſt.*82. ¶ Ex inopinato ferimur. Idem *cap.*9. *de Conſ. ad Marciam.* ¶ Inopinatè, & Inopinatò, adverbia. *Impenſadamente.* Livius. ¶ Inopinabilis, e. *Lo que nunca ſe pudiera penſar que ſucedieſſe.* Gell. lib. 17. cap.12. ¶ Inopinus, a, um, p. p. Idem quod Inopinatus: ut, Inopina quies, Virgil. lib.3. Dolor inopinus. Stat. 1. *Theb.*

Inopportunus, a, um. *Lo que viene fuera de tiempo, no à ſazon, ni à tiempo.* Opportuno contrarium, ut Inopportunus ſermo.

INOPS, inopis. *Pobre, neceſsitado.* Cic. 2. *Offic.* ¶ Aliquando dicitur ſine ope, ſive auxilio. Unde, Inopem animi, inopem conſilii, inopem auxilii dicimus, *Pobre de valor, pobre de conſejo, de ſocorro &c.* Inops ab amicis, id eſt, amicorum auxilio deſtitutus. Cic. *pro domo ſua.* ¶ Inops dicitur inſepultus, quaſi ſine terra, quæ Ops dicitur. Virgil. lib.6.

Inopia, æ. *Pobreza y neceſsidad, miſeria.* Cic. *de Amicit.* ¶ Inopia occaſionis Sueton. *in Calig. cap.*56. ¶ Inopioſus, a um. Sine ope. *Neceſsitado, ſin ayuda.* Plaut. *in Pœnul.*

INORA, arum, dicuntur animalia ſine ore, ore carentia. *Animales que no tienen boca:* quales ſunt Aſtomi Indiæ populi, halitu viventes & odore: quorum memi-

nit Plinius *lib.7. cap.2.* & Gell. *lib.6. cap.7.*

* Inorare : in orâ coronis ornare. Tertull.

* Inorare calicem : ad oram uſque coronare. Idem.

* Inoratus, a, um. Non oratus, non expoſitus, inenarratus. *Coſa de que no ſe hizo relacion, ni ſe expuſo.* Cic. *pro Roſcio.* Legati Ameriam re inorata reverterunt. Loquitur de legatis ad Syllam miſsis, ab eo tamen non auditis.

Inordinatus, a, um. *Coſa deſordenada.* Inordinati & incompoſiti milites. Liv. 2. *bell. Punic.* ¶ Inordinatè, adverb. *Deſordenadamente.* Celſ. *lib.3. cap.3.*

Inorior, eris. *Nacer.* Tacit. *lib.11.*

* Inormis, pro enormis, antiq.

INORNATUS, a, um. *Coſa ſin adorno, deſaliñada.* Cic. *in Orat.* ¶ Inornatè, adverb. *Sin adorno.* Ad Herenn. *lib.4.*

* Inoris, e, & Inorus, adject. Gr. *aſtomos.* Gell. *lib.7. cap.5.* id eſt, carens ore. *Coſa que no tiene boca.*

* Inoralicum, oculorum humor. Pap.

* Inpalam, apertè. Gloſſ. Iſid.

* Inpopularis, inuſitata, non popularis. Idem.

Inpoſterum. Deinceps. *De aqui adelante, ò para en adelante.*

Inprimis, vel Imprimis. *Primeramente.* Vide *Imprimis.*

Inquam, vide *Inquio.*

Inquantum, adverbium. *En quanto.* Plin. *in Epiſt.* Tamen in quantum potuerit, requirentur. Senec. *Epiſt.* 125. ¶ In quantumcumque, apud eumdem Senecam *de tranq. vitæ. En quanto quiera que.*

Inque, vide *Inquio.*

INQUIES, etis, omn. gen. *Coſa inquieta.* Humanum genus inquies, atque indomitum, Saluſt. *lib.* 3. *hiſtor.* Vir inquies, Vellejus.

Inquies, etis, ſubſtant. fœm. gen. *Inquietud, deſaſoſsiego.* Plin. *lib.14. cap.22.* Furiales ſomni, & inquies nocturna.

Inquieto, as, are. *Inquietar, perturbar à otro.* Sueton. *in Auguſt. cap.* 53. & *in Calig. cap.* 26. Inquietatus fremitu.

Inquietudo, inis. *Inquietud, deaſoſsiego.* Senec. *de benefic. lib.2. cap.8.* ¶ Inquietus, a, um. *Inquieto, deſaſogado* : ut, inquietus animus. Inquietus homo, Liv. 3. *ab Urbe.* ¶ Inquietatio, nis. *Inquietud.* Liv. 2. *bell. Punic.* ¶ Inquietiſsimus, ſuperlativ. *Coſa inquietiſsima.* Spartianus *in Saturnino.*

Inquilinus, a, um, p. p. ex *in*, & colo. *El que mora de alquiler en alguna parte* : *inquilino.* Sueton. *in Claud.* Cic. 2. *Philipp.*

Inquilinatus, incolatus. Lauremberg ex Sidonio *lib.* 5. *Epiſt.*19.

INQUINO, as, p. c. are. *Manchar, enſuciar.* Cic. 1. *Tuſc.* ¶ Inquinatus, a, um. *Enſuciado.* Cic. Fœdior atque inquinatior. ¶ Inquinatè, adverb. *Sucia y torpemente.* Idem *de Clar. Orat.* ¶ Inquinamentum, ti. *Suciedad, immundicia.* Gell. *lib.2. cap.6.*

INQUIO, is, vel Inquam, inquis, inquit, verbum defectivum eſt. *Decir.* Invenitur in his perſonis, & temporibus. Inquio, *Yo digo.* Inquis, inquit, inquinus, inquiunt. Inquiſti, in præterito. Cic. 3. *de Orat.* Tu vero, inquiſti, moleſtus non eris. Inquiet aliquis, Idem 4. *Verr.* Inque (dic) Terent. *in Heaut.* Eccum me, inque. Inquito, (dic) Plaut. *in Aulul.* Ita dii faxint, inquito. Hæc ſunt fere quæ in uſu ſunt verbi Inquio. ¶ Inquam, verbum eſt defectivum, idem ſignificans quod Dico. Plaut. Terent. Ovid.

Mazonomum. Græca dictio, qua lanx grandior ſignificatur, ad ferenda obſonia in menſam. *Fuente, ò plato grande.* Horat. 2. *Serm. ſat. ult.* Varro 3. *de ruſt. cap.* 4.

M E

Me, vox caprarum, ſive ovium, authore Quintiliano.

Me, pro mihi, inquit Feſtus, dicebant antiqui. Me ſcias cum illo non convenire, i. e. mihi. Gell. *lib.* 12. *cap.* 5. & *cap.* 6. ¶ Me, pro ego. Plaut. *in Capt.* Qui me quid rerum agitem patri perferat. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 1. Mavolo amari me.

* Meapte, compoſitum ex ablativo *Mea*, & particula *pte*: ut, Meapte cauſa, i. e. mea propria. Terent. *in Heaut.* Ita me dii ament, ut ego nunc non tam meapte cauſa lætor, quâm illius. *Aſsi me ayude Dios, como me alegro, no tanto por mi proprio, quanto por el miſmo.*

* Meatim: meo more. *A mi modo*: ut tuatim, tuo more.

Meatus. Vide *Meo, as.*

* Mecaphroditon, ti. Species eſt papaveris ſpumeum habens ſemen: unde etiam à Dioſcoride Spumeum papaver appellatur.

Mecaſtor, Iurandi adverbium, ſicut Mehercules: quaſi diceretur: ita me Caſtor, ita me Hercules: ut ſubaudiatur Iuvet. Feſtus.

* Mechanemata, orum: ingenioſa manuum opificia. Sidon.

MECHANICUS, i. *El oficial mecanico de obra ſervil.* Etiam adjectivum. *Coſa de la mecanica, ò perteneciente à obra de manos*: ut, Ars mechanica.

* Mechanopeus, mechandurgus, machinarum fabricator. Poll.

* Mechimenium: mendicimonium, inopia. Nonius.

Mecon, is. Papaver. *La adormidera.* ¶ Meconium. Succus eſt papaveris, teſte Dioſcoride, adeo frigidus, ut epotus exitium afferat.

Mecônites, gemma eſt papaveris ſimilitudinem exprimens; de qua Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Mecônis, is, lactucæ atræ genus: à copia lactis ſoporiferi: *mekôma* enim Græci papaver dicunt. Vide Dioſcor. *l.* 6. *cap.* 17. & Plin. *lib.* 8. *cap.* 19.

Mecum: cum me, per tranſpoſitionem præpoſitionis. *Conmigo, juntamente.* Eum mecum ad te adducam ſimul. Plaut. *Yo te le llevarè juntamente conmigo.* Mecum unà. Terent. *in Hecyra.* Ut colloqui mecum una poſſit. *Para que podamos hablar juntos.* ¶ Mecum unà ſimul. Terent. *ibid. Juntamente y à un tiempo.* ¶ Mecum facit. *Es de mi parecer, ò eſtà por mi parte.* Cic. *pro Cæcin.* ¶ Mecum gaudeo. *Me alegro acà dentro conmigo.*

Mederga, pro Me erga, i. e. erga me, interpoſita *d* propter

ter hiatum vocalium, Plaut. *in Epid.* Quaſi quid filius meus deliquiſſet mederga. Pro mecum, antiq. Lipſius.

MEDEOR, êris. *Curar con medicinas, y remedios.* Vulneribus mederi: rarò cum accuſativo. ¶ Invenitur etiam Medetur impersonale. Plin. *lib.*27. Ex eo medetur oris vulneribus perunctis hoc ſucco. ¶ Dicitur etiam Mederi contra morbum. Plin. *lib.*9. *cap.*13. Contra ſerpentium ictus medentur, *Curan las mordeduras de las ſerpientes.*

Medela, æ. Idem quod medicina, ſive morbi remedium. *Medicina, cura, remedio.* Gell. *lib.*15. *cap.*1.

* Medica, cæ. Herba eſt trium foliorum ſemper virens, in equorum pabulis laudatiſsima. Plin. Colum. *Alfalfa, ò Mielga.* Laguna.

MEDICO, as, & Medicor, aris. *Curar con remedios y medicinas.* Virgil.1. *Georgic.* * Etiam, Medicari capillos & faciem, *Aderezar, afeytar cara y cabellos.* Ovid.

Medicatus, a, um, part. *Medicinado.* * Medicata vina. *Vinos adovados.* Medicata pocula &c. * Medicatio, verbale. *Confeccion, ò mezcla de ingredientes.* ¶ Medicus, i. *Medico que con medicinas cura.*

Medifici, medifices: medici. Lips.

Medicus, a, um. *Coſa de eſta arte de Medico.* Ars medica. ¶ Medicina, æ. *El arte de la Medicina, ò el remedio.* ¶ Medicina etiam, *El veneno*: tractum à Græcis, qui venenum *pharmacon* appellant.

Medicinæ, arum. *Boticas, ò tiendas donde ay medicinas de eſpecerias, y coſas aromaticas.* Plautus. ¶ Medicinalis, e. *Lo que à eſta arte toca*: ut Herba medicinalis. Plin. * Digitus medicinalis. *El dedo quarto, immediato al meñique.* Annularem veteres appellarunt. Vide Macrob. *lib. ult.*

Medicabilis, e. *Lo que es curable.* Ovid. 1. *Metam. O lo medicinal.*

* Medicabulum: locus medicandi. Apul.

* Medibile: medicabile, Gr. *iaſimos.* Feſtus.

Medicamen, nis, & Medicamentum. Idem quod Medicina, vel venenum. * Accipitur & Medicamen pro colore quo lanæ medicantur, hoc eſt, inficiuntur, ſeu tinguntur: unde & pro ſucco purpuræ poſuit Plin. *lib.* 9. *cap.*28. * Medicamenta amatoria. *Hechizos para conciliar amores torpes.*

Medicamentarius, ii. *El Boticario, ò Medico, que diſpone los medicamentos.* * Medicamentaria, Ars conficiendi medicamenta. Gr. *Pharmacopoia.* Plin. *lib.*7. *c.*56.

Medicamentoſus, a, um. *Lo que ſirve de remedio, ò medicina.* Cato *cap.*15.

Medietas. Vide *Medius.*

Medimnus, i. Genus menſuræ, teſte Budæo, quæ ſenos capit modios. Galli ſua lingua *Minam* vocant. Hæc Paſſeratius. Pat. Salas ſic intrerpretatur. *Una Mina, que no ſe puede ajuſtar con la nueſtra de* 108. *libras de doce onzas. Una fanega nueſtra.* * Dicitur & Medimnum neut. gen. Cic.5. *Verr.*

Mediocris, Mediocritas, Mediocriter, Medioximus. Vide *Medius.*

Medion: herba eſt Mediæ peculiaris (unde & nomen accepit) in locis umbroſis, petroſiſque naſcens. Romani *Trifolium odoratum* vocant. Vide Dioſcor. *lib.* 4. *cap.* 20.

Medipontus, i. *Genero de puente de cordeles, que inventò Xerxes, Rey de los Medos, para paſſar à el Heleſponto.* * Etiam, *Invencion para exprimir el aceyte en el truxal.* Cato *cap.*3.

MEDITOR, aris. *Penſar meditando.* * Pro exercere. Virg. 6. *Eclog.* Agreſtem tenui meditabor arundine muſam. * Inde Meditationes in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarii quidam conflictus, quî citra ſanguinem fiebant. *Exercicio en la Milicia.* Nam ars militaris, teſte Vegetio, ut cæteræ omnes artes, meditatione perficitur. * Meditari alicui inſidias, vel dolum, idem eſt quod tendere inſidias, vel dolum. *Poner aſſechanzas.*

Meditatè, adv. *Con larga conſideracion.* Plaut *in Bacchid.*

Meditatio, nis. *Conſideracion, meditacion, y penſamiento.* * Meditationes. *En la guerra eran enſayos en que ſe exercitaban y probaban los Soldados.*

Meditamen, inis. Idem quod Meditatio Catull. * Meditamentum, i. Exercitatio. Tacit. *lib.* 20. Et cæteris belli meditamentis militem firmabat.

Meditabundus, a, um. *Penſativo, ò el que mucho pienſa.* Et Meditabundè, adverb.

Meditativum, dictio ficta à Grammaticis, qui Meditativum verbum appellant, quòd ſenſum quendam meditandi videatur habere, cuiuſmodi ſunt Eſurio, Mictu-rio, & ſimilia, quæ Valla deſideratiua vocat.

* Meditatorium: locus meditationi & lectioni deſtinatus. Novarin.

* Meditrina: medicamentorum dea. Feſtus. * Meditrinalia, orum. Sacra deæ Meditrinæ.

* Mediator: proxeneta, pararius, conciliator in contractibus, ſeu quæſtor. *El que media en los conciertos de las ventas y compras.*

Medius, a, um. *Lo que media, ò igualmente dividido diſta del extremo.* * Accipere aliquem medium: hoc eſt, per medium corpus amplecti. Liv. *lib.*1. *ab Urbe.* * Ponere, aliquid in medio, ſeu proferre in medium: eſt publicè exponere, & omnibus ea de re iudicandi poteſtatem facere. *Exponer al publico para que cada uno dè ſu voto.* Cic. *de nat. deor.* Ponam in medio ſententias Philoſophorum. ¶ Vocare in medium. *Tratar del examen de la coſa: querer averiguarla y conocerla.* Cic. *pro Cluent.* Rem in medium vocare cœperunt, & cauſam illam totam depoſcere, *Comenzaron à pedir ſe examinaſſe el negocio, y toda aquella cauſa.* Venire in medium, *Venir à diſputa.* Cic.1. *de finib.* Prima veniat in medium Epicuri ratio. ¶ Relinquere aliquid in medio. Velleius. *Dexar alguna coſa indeciſa, ſin determinar en pro, ni en contra.* ¶ In medio eſſe: vel poſitum, aut ſitum eſſe in medio, *Ser una coſa manifieſta, clara, y patente.* Cic. 4. *Verr.* Tabulæ poſitæ ſunt in medio. ¶ Etiam in medio eſſe, apud Sueton. *Ser una coſa dudoſa y diſputable.* Quod diſcrepat, in medio ſit: hoc eſt, indeciſum relinquatur. ¶ In medium conſulere. *Mirar por el Comun, ò por la Comunidad.* Pellere de medio, vel è medio. *Echarle à fuera, y arrojarle de entre otros.* Cic. Pellitur è medio ſapientia. ¶ Sumere argumenta de medio, *Tomar argumento de los principios mas ciertos, è innegables.* Tollere aliquem de medio, *Matarle.* ¶ Medio excedere. *Morir.* E medio diſcedere. *Ocultarſe, ò eſconderſe.* Budæus.

Media vocabula. *Palabras indeferentes que hacen à dos ſentidos: meſa* à Græcis dicta: qualia ſunt Tempeſtas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, Induſtria, Periculum, venenum, contagium, & apud veteres Honor, quo etiam ſignificabatur iniuria. Vide Gell. *lib.* 12. & *lib.*18. *cap.*4.

* Mediale, is, neut. gen. *La parte del medio, lo que eſtà en medio.* Solin. *cap.*65. Lignum omne atque mediale eadem ferme & facie, & nitore, quî eſt in lapide gagate. Id eſt: omnes hebeni partes, tam exteræ quàm mediæ, ſeu medullaceæ, ſimiles ſunt gagati lapidi.

Medianum. Idem quod medium. Verbum architectonicum. Ulp. *l.* 5. §.2. *ff. de his qui deier.* * Vitr. ſæpe medianas columnas dicit, ad differentiam angularium, & Mediana epiſtylia.

Mediapontus. Inſtrumentum funarium. Turn.

Medietas, atis. *El medio de alguna coſa, la mitad.* Hac vo-

ce Cicero non auſus eſt uti, ut teſtatur *in libello de mundo, ſive de Univerſitate.*

Mediocris, e. *Coſa mediana, ni muy grande, ni muy pequeña.* Cic. 3. *Tuſc.* Omne malum, etiam mediocre, magnum eſt.

* Mediocriculus, diminut. à mediocris. *Medianito.* Varro *ap. Feſtum, Mediocriculum exercitum* dixit.

Mediocritas, tis. *Eſta mediania.* * Mediocriter, adv. *Medianamente.* Cic. 5. *Verr.*

Medioxumus, vel Medioximus, Idem quod medius, ſive mediocris. Medioximi dii. *Dioſecillos de poteſtad media y menguada.* Plaut.

Medius fidius. Adverbium eſt jurandi apud Gentiles ex tribus compoſitum: *O por Hercules hijo de Jupiter, ò por el dia de oy; ò por la fe y verdad de Dios: ò por el dios Fidio, dios del buen credito de las palabras.*

Mediè, adv. *Moderadamente.* Ulpian. *D. lib.* 13. *tit.* 7. *l.* 25.

Mediaſtinus, p. p. *Criado de eſcalera abajo, que ſirve en los mas viles oficios.* Cic. * Etiam, Mediaſtinum. *La tela, ò membrana que en el cuerpo divide como una pared en dos partes el eſtomago.* Boroaldus *in Indice Columellæ.*

* Mediaſtuticus. Summus apud Campanos magiſtratus erat. Liv. *lib.* 6. *decad.* 3.

Mediterraneus, a, um. *Lo que eſtà en medio de tierra, lejos del mar.* Cæſar.

Mediterreus, adject. Idem ſignificat. Antiquum.

Meditullium, ii: non medium terræ, ſed procul à mari, quaſi meditellium, ab eo quod eſt tellus, *tò meſon.* Cic. *in Topic.* dicit, tullium in hoc verbo extenſionem eſſe vocabuli nihil ſignificantem.

MEDULLA, æ. Eſt quod in mediis eſt oſsibus. Sic autem dicta eſt, quod ſit in meditullio oſsium. *El tuetano, ò medula del hueſſo.* * Medulla mollis: de re maiorem in modum ſuavi dicebatur. Cic. *de clar. oratorib.* ¶ Medullula, dimin. *Pequeña medula.* Catull.

Medullitùs, adv. *Con entrañable afecto, muy de corazon.* Plaut.

* Meduſa, æ. A quibuſdam appellatur herba ea, quam Romani Veneriam, ſive Lanceolam. Dioſcorides *Lonchitin* appellavit.

Megabyzi, ſive Megalobyſi. Dicebantur Epheſiæ Dianæ Sacerdotes. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10.

* Megadomeſticus: magnus domeſticus. Eutropio, Domeſticus maior.

Megæra. *Una de las tres Furias Infernales. megairo*, odi, ſive invideo ſignificat.

* Megalium. Unguentum à magnificentia ſic appellatum. Dioſcor. *lib.* 1. *cap.* 6.

* Megaleſia, orum, & Megalenſes ludi. *Fieſtas que M. Junio Bruto dedicò à la gran madre de los Dioſes.*

* Megalographia. Pictura magni ſumptus, & magnarum perſonarum aut rerum deformatrix atque figuratrix, uti deorum, pugnarum, fabularum. Et Megalographus, qui magna pingit.

Megaloprepeia. *Franqueza, magnificencia.* Et Megaloprepes. *El que uſa eſta franqueza, y decencia.*

* Megalopſichia. *Magnanimidad.* Megalopſichus. *Magnanimo.*

Megaloſchemus: Monachus. Lex. gr. b.

Megiſtanes, p. c. *Señores y Grandes perſonages.* Dicuntur proceres, primateſque. Nam *megiſtos* Latinè dicitur Maximus. Tacit. Sueton. *in Calig. cap.* 5.

Mehercule, vel Mehercules, adverb. jurandi apud Gentiles. Per Herculem. *Por Hercules, ò aſsi me ayude Hercules.*

Meio, is, ere, minxi, mictum. *Mear, orinar.* Perſ.

MEL, mellis. *La miel.* Gr. *meli.*

* Mellicŭlum, i, diminut. *de cariño.* Plaut. *Caſin.* Meum corculum, mellĭculum.

Mellarius, a, um. *Coſa de miel, ò el Colmenero que ſaca la miel.* Plin. *lib.* 21. *cap.* 14.

Mellarium. Vide *Melittones.*

* Meliturgus. Latinè Mellarius dicitur. Varro 3. *de re ruſt.* ¶ Mellatio, nis. *Tiempo de caſtrar las colmenas.* Plin. *lib.* 12. *cap.* 16. ¶ Melleus, a, um, vel Mellĭtus, p. p. a, um. *Coſa dulce, hecha de miel.*

* Mellillus, a, um, diminut. à melleus Plaut. *in Caſin.* Mea vita, mea mellilla, mea feſtivitas.

Mellifluus, a, um. *Que deſtila miel.* Plaut. *Pſeud.*

Mellifico, as, are. *Labrar miel las abejas.* Virg. ¶ Mellificus, a, um. *Coſa hecha de miel.* ¶ Mellificium, ii. *Fabrica de la miel.* Varro 3. *de re ruſt.* ¶ Mellifer, a, um. *Lo que dà, ò lleva miel.* Ovid. 15. *Metam.*

* Melligenus, a, um. *De un miſmo genero de miel.* Plin. *lib.* 16. *cap.* 17.

* Mellona, & Mellonia: mellis dea.

* Mellonis pagina: charta Nili. Auſon.

* Melabatrum. Herba eſt, quæ alio nomine Parthenium dicitur, chamæmelo adeò ſimilis, ut pro ea ſæpe fallat legentem. Dioſcor. *lib.* 3.

* Melamborius: ventus vehemens. Strabo.

Melámpelos: Herba eſt quæ alio nomine Helxine dicitur. *La Parietaria.* Dioſc. *lib.* 4.

Melamphyllon, i. Herba quæ alio nomine Acanthus dicitur. *Hierba gigante, ò Branca urſina.* Dioſc. *lib.* 3.

Melámpyros. Herba eſt in ſegetibus naſcens, teſte Theophraſto, quæ aliàs Miagros appellatur. Latinè Atrum frumentum.

Melampodion: genus eſt nigri helleborі. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 5.

Melania, æ, fœm. g. *Negrura.* Plin. *lib.* 24. *cap.* 8.

Melancholia, æ. Latinè dicitur Atra bilis, quæ ſæpè in furorem agit homines. *Melancolia.* Varias eius ſpecies vide apud Galen. *tract. de Atra bile.* ¶ Melancholicus. *Melancolico.* Plin. *l.* 20. *cap.* 7. Melancholicè, adv.

Melancoryphus, i. Avis quæ & Ficedula dicitur. *El Tordo, en tiempo que no ay higos, que por ſer goloſo de ellos, quando los pica, ſe llama* Ficedula.

* Melancranis. *Cierto junco, llamado aſsi, por tener grande copa, ò cabeza,* à magno capite, quòd Græcè dicitur *melancranon.*

* Melandryum. Ruellius interpretatur intimam, duriſſimamque roboris materiam, quæ cortice & alburno detractis reliniquitur.

* Melanion: flos eſt ſub nigri coloris. Latinè violam nigram poſſumus interpretari, *La violeta.*

* Melanorrhizon. Herba eſt, quam alio nomine Veratrum nigrum appellant. Nomen habens à radicis nigredine: *melan* enim nigrum eſt, & *riza*, radix. De hac Dioſc. *lib.* 4.

* Melanteria. Alio nomine Atramentum metallicum appellatur, quo utuntur Medici ad putrefactam, ſive excreſcentem carnem conſumendam. *Cauſtico para reſolver y conſumir la carne podrida.*

* Melanthion: herba puſilla, à ſeminis nigredine nomen habens. *Neguilla.* A Plin. *lib.* 20. *cap.* 17. *Gith* appellatur, & à quibuſdam, *Melanſpermon.* Officinæ *Nigellam* vocant.

Melanurus, i, p. p. *Un pez de cola negra.* ¶ Etiam Melanurus. *Un genero de ſerpiente menor que la vivora, pero mas activa en el veneno. Nace en la Lybia y Arabia.* Vide Cælium *lib.* 34. *cap.* 63.

* Melappium. Mali genus, ex *melon* malum, & *apion*, pirum. Ita dictum ab Appii mali ſimilitudine. Gallis *Pommepoire.* Plin. *lib.* 15. *cap.* 14.

* Melarium: locus malis recondendis in ll. Sal. ex Italico *mela*, i, malum pomum.

Melatos : melior antiq. Feſtus.

* Mele, mela : ſpecillum vulnerarium chirurgicum, quo aliquid illinitur, aut infunditur vulneri. Poll. *La tienta.*

* Mele, in plur. carmina, modulationes, cantationes ſuaviſsimæ. Lucret.

Meleagrides, um. *Gallinas Africanas, ò Moriſcas.* Vulgus Indicas gallinas vocat.

Meles, is, f. g. Animal quod & Taxus, ſive Taxo dicitur. *El Texon, animal conocido* : ita dictum, quòd mellis ſit avidiſsimum, & alveariibus ſemper inſeſtum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 38.

* Melia : à Græcis dicitur arbor quam Latini Fraxinum vocant. *El freſno.* Ruell. *lib.* 1. *cap.* 82.

* Melia terra : Terræ genus eſt, Eretriæ cinereæ non diſſimile, quodque digitis confricatum ſtridorem reddit trito pumici ſimilem. Vires habet in medicina eaſdem ferè cum alumine, paulò tamen ignaviores. Plin. Melinum vocat, nomine deducto à Melo inſula, una Sporadum, unde advehi ſolet.

* Melichros : Gemma eſt mellei coloris, unde & nomen habet. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

* Melichryſos : Gemma quæ ex India mittitur, quaſi per aurum ſyncero melle translucente. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

* Melicraton : potus eſt confectus ex aqua & melle, qui à Latinis Aqua mulſa dicitur. *Aloja.*

Melicus, a, um. Idem quod Muſicus. *Muſico.* A Græco nomine *melos*, quod carmen, ſive cantum ſignificat. Unde Poetæ lyrici, Melici dicti ſunt. Auſon. Tu melicos, lyricoſque modos. Cic. *de opt. gen. orator.*

* Melicæ gallinæ, teſte Colum. *lib.* 8. *cap.* 2. vulgò appellatæ ſunt, quæ Medicæ dici debuerant.

Melilotos, i, f. g. quaſi dulcis, & mellealotos. *Corona de Rey, hierba.* Latinè dicitur Sertula campana. Plin. *lib.* 21. *cap.* 11. & Ruell. *lib.* 3. *cap.* 35.

Melimela : dicuntur poma muſtea, ſive dulcia, quaſi mellea mala. *Fadas.* Varro 1. *de re ruſt. cap.* 59.

* Melimel, is, n. g. *Membrillo en conſerva.* ¶ Melimelum, i. *Peras de San Juan tempranas, ò Perillas de dama.*

Melina, æ, genus tibiæ acutiſsimi ſoni. Feſtus. * Eſt quoque potionis genus ex melle. Plaut. *in Pſeud. ſcen.* 4. *act.* 2.

Melinum, i, p. c. *El torongil.* ¶ Etiam, *Aceyte, y unguento hecho de flor de manzanas.* Plin. *lib.* 23. *cap.* 6. ¶ Melinus color, *Pagizo, que tira à blanco.* Idem *lib.* 35. *cap.* 6.

* Melion : meliorem dicebant antiqui. Feſt.

Melior, & melius, comparat. de Bonus. *Coſa mejor, mas que buena.*

* Meliuſculus, a, um, dimin. *Mejorcilla coſa.* * Meliuſculè, adv. *Algo mejor.*

Melipecta. Cibaria mellita, cuiuſmodi ſunt placentæ mellitæ.

* Meliphillon. Herba eſt quæ alio nomine dicitur Apiaſtrum. *Meliſa, ò Torongil, hierba buena para paſto de las abejas.* Varro 3. *de re ruſt.*

Melipontus, idem quod Medipontus. Vide ſuprà *Medipontus.*

Melis animal. Varro *lib.* 3. *cap.* 12. Ne felis aut Melis introire poſsit. Vide *Meles* ſuprà.

* Melis haſta, à ligno mali dicta. Feſt.

* Meliſſophyllum. *Torongil.* Eadem herba quæ & Apiaſtrum, & Citrago, & Meliphillon & Melinum appellatur. Nomen habet ab apibus, quæ eo tantopere oblectantur, ut ſi eo alvearia perungantur, nuſquam diffugiant. Colum. *lib.* 9. *cap.* 8. Varro *lib.* 3. *cap.* 16.

* Melitæna : herba quæ Meliſſophyllum.

Melitenſis vel Melitæus. *Perrito faldero Maltès.* Plin. *l.* 3. *cap. ult.*

Melites, p. c. gemma ſic dicta à colore mali Cydonei. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

* Melitites, m. g. p. c. genus potionis dulcis factæ ex melle & muſto. ¶ Eſt etiam lapis cinericei coloris, qui coti attritus, vel cum liquore contuſus, liquorem dulcem emittit; unde & nomen accepit. Vide Plin. *l.* 36. *cap.* 19. & Galen. *lib.* 9. *ſimplic.*

* Melitoma : opus dulciarium ex melle : placentula mellita : *melituo* eſt melle condio.

* Melittones. Alvearium ubi apes nutriuntur diſpoſitis alveis. Varro *de re ruſt. lib.* 3. *cap.* 16. *Colmena, ò Colmenar.*

* Melium, p. p. Herba eſt in aquis & locis uliginoſis naſcens: ſemen habet lini ſemini non diſsimile, aliquando tamen maius & firmius, & præ lævore ſplendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Dioſcor. *lib.* 3. Altera ſpecies eſt, quam vulgò *palmam Chriſti* appellant.

* Melizomum. Condimentum quoddam vocat Apicius ex mellis deſpumati miſtura confectum.

* Mellax : adultus adoleſcens. Gloſſ. gr. b.

Mellacium. Gr. *Epſema.* Muſtum ad mediam partem decoctum, quod Sapam appellamus : ut inquit Nonius. *Arrope.*

Mellificatio, Mellificator, Mellifico, Mellitus. Vide *Mel.*

Melligo, inis. *El zumo, ò jugo que las abejas chupan de las flores para miel.* ¶ Ponitur & pro quocumque ſucco floreſcentis fructus adhuc & immaturi. Plin. *lib.* 2. *cap.* 27. In prima lanugine demittitur uva, eiuſque melligo, reliquum corpus ſole coquitur.

* Melliloquus : Cui oratio ſuavis inſtar mellis, ex ore profluit. *El que habla meloſo.*

* Melocarpos : herba eſt, quæ alio nomine Ariſtolochia longa appellatur. Dioſcor. *lib.* 3. *cap.* 4.

* Melolontha : ſcarabæi genus eſt colore viridi naſcens.

Melomeli : Confectio quædam ex malis cydoneis melle obrutis in lagena. Rationem conficiendi docet Columella *lib.* 12. *cap.* 45.

Melones, um. *Melones dulces.* * Eſt & melo, qui piriformis dicitur, qui pirum refert.

* Melonomus : ovium paſtor : Nam *melon* & poma, & oves ſignificat.

Melopepones. *Melones redondos.* Ruell. *lib.* 1. Palladius *Melones* vocat.

Melos, indecl. neut. gen. *Dulce, ſuave harmonia de canto y muſica, quiebros en la voz.* Melo in Ablativo dixit Lactant. Firmian. *in Hymno Reſurr. Domini*, Fitque repercuſſo durcior aura melo.

Melodus. *El que canta dulcemente.* Melodus, a, um, tanquam adjectivum : ut ſit Melicus. Sidon. *lib.* 9. *Epiſt.* 15. Melodes eſt carmen, & *ode* cantus.

Melodia, æ. *Canto dulce. Melodia.*

Melota, æ, & Melote, es, p. p. *Piel de oveja con ſu lana, lenon* à Græcis dicitur, quæ à nobis ovis.

* Melotis : auricularium ſpecillum. Onom. M.

* Melotius lapis viridis & grandis Ægypti. Iſid.

* Melothrum : herba eſt quæ alio nomine *Vitis alba* appellatur Dioſcor. *lib.* 4.

Melpomene, es. Una ex Muſis, tragœdiarum inventrix, à modulando nomen trahens. Virg. de Muſarum inventis. *Melpomene Tragico proclamat mœſta boatu.*

MEMBRUM, i, à Gr. *melos.* Propriè dicitur caro artus tegens. *Miembro* : unde Membrana ſuperior membri pars dicitur, hoc eſt pellis ipſa. Accipitur tamen Membrum pro ſingulis partibus corporis, ut manus, pes, auris &c. Membrum etiam ſumitur pro parte cujuſque

rei. Sic, Dormitorium membrum apud Plin. *l.* 2. *Epiſt.* 17. *La alcoba, ò dormitorio.* Membra domus, Ovid. *Los aposentos de la caſa.* Membra Imperii. Sueton. *in Aug. cap.*48. *Los miembros del Imperio.* Membra Orationis, quæ Græci *Kôla*, & *Kommata* nominant, nos rectè inciſa, & membra dicimus. *Las diviſiones de la Oracion.*

* Membrulum, i, dim. parvum membrum. ¶ Membratim, adv. *Miembro por miembro, parte por parte.* Plin. Cic.

MEMBRANA, æ. *La tela de la piel.* Cic. * Etiam, *Pergamino.* ¶ Item, *La ſuperficie, ò figura, ò boſquejo de algo* : ut membrana fumi, coloris &c. Lucret. *lib.*4. *At contrà, tenuis ſummi membrana coloris Cum iacitur, nihil eſt quod eam diſcerpere poſſit.** Membranula, æ, dimin. *Telilla.* Cic. *ad Attic. lib.*4.

Membranaceus, a, um. *Lo que ſe parece à eſta tela, ò pergamino, ò cubierta de cuero.* Plin. ¶ Membraneus, a, um: *De cuero, ò pergamino.* Ulp.

* Membranum: hymen, cugium, clauſtrum virginale. Chiffl.

Membrari. Per membra formari. Cenſorinus.

Membratura, eſt membrorum poſitura. Græc. *diamelôſis.*

Membroſus, a, um. *Coſa membruda, de grandes miembros.*

Memecylos : ſpecies eſt arbuſti. Plin. *l.*15. *cap.*24.

Memet, pronomen compoſitum, pro Meiſum. Plaut. *Ciſtell.*

MEMINI, iſti : à *Meno*, verbo antiquo, quo veteres uſi ſunt pro recordor, & in mentem revoco. *Acordarſe de algo.* ¶ Memor, is. omn. gen. *El que ſe acuerda.*

Memoria, æ. *La Memoria, una de las tres potencias, firme comprehenſion de la diſpoſicion de las coſas, y palabras, por la qual ſe acuerda el alma de lo paſſado.* ¶ Aliquando pro antiquitate ponitur. Pacuv.

Memoriola, æ, dimin. *Pequeña, ò corta memoria.* Cic.

Memorialis, e. *Coſa perteneciente à la memoria* : ut Memorialis liber. Suet. *in Cæſ. cap.*56. *Libro de Memoria.*

* Memoriales adjutores, in Jure civili dicuntur quæſtores ex diverſis ſcriniis aſſumpti, qui leges & reſcripta perſcribebant, aut perſcribi curabant. ¶ Memoriales item ſunt commonitoriæ litteræ, quibus inſtruebantur Legati de ſingulis ad quæ mittebantur, agenda. Scribon. ¶ Memoriales etiam, qui militum geſta notabant, ut pro meritis præmia acciperent. Pancirol. ¶ Item ſcrinio præfecti. ¶ Item qui ſuarum ſcripturarum memoriam conſervabant. Chiffl.

Memoriter, adv. *De memoria.* Cic. ¶ Memoriosè imperiti dicunt.

* Memoraculum. Apul. *in Apolog.*

Memorabilis, e. *Coſa memorable, digna de memoria.* Cic. *de Amicit.*

Memoro, as, are, p. c. *Traer algo à la memoria, hacer mencion, contar algo.* Plaut. Liv. ¶ Memorator, is. *Recordador.* Propert. *l.* 3. *Eleg.* 1. ¶ Memoratus, us. *Remembranza.* Gell. *lib.*11. *cap.*4. ¶ Memoratiſsimus, ſuperl. *Celeberrimo.* Gell. *lib.*8. *cap.*4. Herodotus ſcriptor hiſtoriæ memoratiſsimus. ¶ Memoroſus, & Memorioſus, ſi : qui memoria præditus eſt. *El què tiene buena memoria.* Corn. Fronto. * Memoriosè adv. Idem quod memoriter. Fronto.

* Memphîtes, æ, vel is. p. p. Lapis eſt pinguis varioque colore, in membris ſecandis, vel urendis citra omne periculum ſenſum adimens. De hoc Dioſcor. *lib.*5.

* Mempſis : querimonia.

* Memptica : accuſatoria, expoſtulatoria.

* Memptimœria : crebra querela de ſua ſorte.

* Men' pro Mene, frequens apud antiquos.

Mena, æ. Apud Romanos fuit dea, quæ menſtruis fluxibus præeſſe putabatur. ¶ Etiam, Mena, vel Menis, is *Cierto pez pequeño y regalado que en invierno es de color blanco, y en verano de negro.* Cic. *de finib.* Martial. *lib.* 11. Idem eſt cum halece iuxta Theodori verſionem ex Ariſtotele.

Menagyrta : qui ſingulis menſibus aliquid colligit.

* Menaulum, jaculi ſpecies. Leo, conſt.

* Menceps : Mente captus Priſcian. *lib.*1.

MENDA, æ, & Mendum, i. *Yerro que ſe puede, y debe emendar.*

Mendoſus, a, um. *Coſa llena de erratas, ò yerros* : ut Exemplar mendoſum apud Plin. *in Epiſt.* * Mendoſus etiam pro vitioſo & depravato. Ovid. 2. *Amor.* Non ego mendoſos auſim defendere mores. ¶ Mendosè adv. *Mentiroſamente, con muchas erratas* : ut Mendosè ſcribere. Cic.

MENDACIUM, ii. *La mentira.* Græc. *pſeudos.* Cic. *pro Cluent.* Homo totus ex fraude & mendacio compoſitus. *Un ſaco de enredos, y mentiras.* Idem. Improbi hominis eſt mendacio fallere. *Es proprio de hombres perverſos engañar con mentiras.* ¶ Mendaciunculum, i. diminut. *Mentirilla.* Cic. 2. *de Orat.* ¶ Mendax, cis. *Mentiroſo, embuſtero.* Mendaci homini ne verum quidem credere ſolemus, *Al mentiroſo, aunque diga el Evangelio no le creen.* Cic. 2. *de divinat.* ¶ Splendidè mendax. *Que miente con gran ſatisfacion, y à las claras.* Horat. 3. *Carm. Ode* 11. ¶ Mendax huius rei eſt: id eſt, de hac re mentitur. Plaut. *Aſinar.* ¶ A Mendax fit Comp. Mendacior, & Superl. Mendaciſsimus, & adverbium Mendaciter. *Mentiroſamente.*

Mendaciloquus. *Embuſtero, que no habla palabra de verdad.* Plaut.

Mendeſium, ii. Nobiliſsimi unguenti genus, quod ex Mendeſio Ægypti oppido mittebatur : de quo Plin. *lib.* 13. *cap.*1.

* Mendicula, Veſtis, à Mendice dicta, qui Magiſtratus nomen erat apud Oſcos, ut ait Feſtus. Plaut. *Epid.* Quid erat induta ? An regillam induculam, an mendiculam?

Mendicium, & Mendicum (inquit Feſtus) dici putant velum quod in prora ponitur.

MENDICUS, i. p. p. *Pobre mendigo.* ¶ Inſtrumentum mendicum apud Cic. 3. *de Orat. Inſtrumento ſtaco y débil.* * Legitur ſuperlativum Mendiciſsimus, apud Cic. *pro Murœna*, pro miſerrimo pauperrimoque. Soles (inquit) ſapientes, ſi diſtortiſsimi ſint formoſos, ſi mendiciſsimi, divites. ¶ Mendiculus, dimin. *Un pobrecito.* Cic. *in Catil.*

Mendîco, as, p. p. *Mendigar, pedir limoſna de puerta en puerta.* * Mendicatus, partic. ut Cibo mendicato paſci. Ovid. 6. *Triſt.* * Mendicatio, nis. *Mendiguez.* Senec. *Epiſt.* 102.

Mendicitas, tis. *Mendiguèz.* * Mendicè, adv. & Mendiciter, *Pobremente, y como mendigo.* Senec. *Epiſt.* 33.

Mendicimonium. *Mendicidad, pobreza* : qua voce uſus eſt inſignis verborum innovator Laberius, ut refert Nonius, & Gell. *lib.*16. *cap.*7. ¶ Mendicabulum. *Mendiguèz.* Plaut.

Mendum. Vide *Menda.*

Mene, defectus Lunæ Item Luna. Cath.

Menelæotus. Avis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans. Plin. *lib.*10. *cap.*3.

* Meneo, olim erat pro Moneo.

* Menerva veteribus, quod poſtea Minerva.

* Menervo, moneo : antiqua vox: unde *promenervat* monet, in Saliari carmine. Scalig.

Meniana, orum. *Un genero de balcones volados entre columna y columna, que levantò Menio Romano, para vèr deſ-*

deſde alli las fieſtas en la plaza. Suet. *Calig.*

* Meniaticum : tributum menſtruum. Lex. gr. b.

Meninges : Membranæ duæ ſunt cerebrum circumquaque contegentes : quæ vulgò vocantur *Dura mater*, & *Pia mater*: quarum deſcriptionem vide apud rei anatomices peritos.

Meningophylax, membranæ cuſtos. Lamina ænea, qua chirurgi utuntur in capitis vulneribus curandis. Lex. Med.

* Menior : melior antiq. Scalig.

* Meniſcor, inuſitatum, unde Comminiſcor, reminiſcor. Chiffl.

* Meniſcus : lanula. *Idem*: fortè, *Bedija de lana.*

* Meniſterium : menſa, in qua poſita convivii pocula. L. gr. b.

* Menologium, ii. Liber in quo ratio menſium redditur: à græco *men*, menſis, & *logos* ratio.

MENS, tis, f. g. Et olim quoque in recto, *mentis. La mente, ò entendimiento, potencia ſuperior del alma.* * Accipitur quandoque pro voluntate, ſententia, ſive ut vulgus loquitur, intentione. Virg. 1. *Æneid.* * Etiam pro conſilio. Virg. 1. *Æneid.* Noſtram nunc accipementem. ¶ Suæ mentis eſſe. *Eſtàr muy ſobre ſi.* * A mente deduci. *Sacarle de ſus caſillas.* ¶ Conſcia mens recti. *Buena y ſana conciencia.*

Mentio, nis, à ſupino Mentum, de verbo antiquo *Mento. Mencion, ò memoria.* Mentionem facere de aliquo. Incidere in mentionem alicuius. Quintil.

Mentior, iris, itus ſum, mentiri. *Mentir.*

MENSA, æ, quaſi meſa, quia ponitur in loco medio. Et olim dicebant *Meſa*, ut *teſus*, pro *tenſus. Meſa donde ſe come.* ¶ Quandoque ponitur pro prandio vel cœna. Juv. *Sat.* 1. Unde Primæ & ſecundæ menſæ : id eſt quæ in principio & in convivii fine fercula apponuntur. *Principios y poſtres.*

Menſa etiam. *El banco, ò meſa de los cambios, y tratantes.*

* Menſægerulus : qui menſam gerit. Poll.

Menſula, æ, dim. *Meſilla.* Plaut.

* Menſule : mappa. Lex. gr. b.

* Menſarium : quod eſt in menſa. Cath.

Menſarius, ii, qui & Argentarius. *El banquero, cambiador, tratante.* Gr. *trapezites.* Liv. *lib. 7. ab Urbe.* Cic. ¶ Menſularii, orum, iidem qui Numularii. *Cambiadores de letras, ò banqueros.* Scævola.

Menſio, nis. Vide *Metior.*

MENSIS, is, à Metior, quaſi numerus dierum menſus. *El mes.* Menſum, pro menſium. Ovid. 5. *Faſt.* Cedantque tibi confinia menſum. *Ibid.* Nec tu dux Menſum lane biformis eras. ¶ Menſes, in plurali ſunt mulierum menſtrua. Plin. *lib.* 21. *cap.* 25. Ciet menſes è vino pota. De vario numero menſium in anno Plutarchus *in Numa.* ¶ Menſtruus, a, um. *Coſa de cada mes, ò que ſucede, ò viene de mes en mes.*

Menſtrua, orum. *Los meſes en las mugeres.* Celſ. ¶ Menſtrualis, le. *Lo que ſe hace cada mes.* Plaut. *in Capt.*

Menſura, æ. Vide *Metior.*

Menta, & Mentula : virga virilis.

Mentagra, æ. *Empeyne de la barba.* Plin. *lib.* 26. *cap.* 1.

Mentha, æ. *La hierba buena.*

Menthaſtrum, i, quaſi mentha ſylveſtris. *El Maſtranzo.*

Mentîgo, nis. *Enfermedad del ganado, por haver pacido en el rocio de la mañana.* Colum. *l.* 7. *cap.* 5.

Mentior. Vide *Mens.*

* Mentonalis : ſepes, quæ ad mentum uſque homines ſtaturæ mediocris pertingit. In ll. vet.

* Mentor : cogito, à Meniſcor inuſitato, unde Commentor.

* Mentum : cogitatum. Feſt. Item notum. Lucret.

Mentum, ti. *La barba de hombre, ò muger.*

* Menytrum : quod indici & exploratori datur. *Lo que ſe da por ſu trabajo à los ſopiones, y deſcubridores.*

* Mentana : October menſis Jovis. Iſidor.

MEO, as, quaſi magis eo. *Andar, correr, y ir de una à otra parte.* ¶ Meatus, us. *Eſtas idas, ò andar de una à otra parte* : ut Meatus ſiderum. ¶ Etiam, *Los conductos, ò canales, y los poros del cuerpo.* Plin. *lib.* 20. *cap.* 21.

Meabilis, e. *Coſa que puede, ò ſe hace lugar para paſſar.* Ut meabilis aër. Plin. *lib.* 2. *cap.* 5.

* Meaculum : via per quam meatur : ut meaculum venarum. *Conduto.*

* Meopte. Plaut. Meopte ingenio. *Con mi proprio ingenio.*

Meon, Dioſcoridi : herba eſt folia habens aniſo non diſſimilia, quam Plin. *lib.* 20. *cap.* 23. *Meu* appellat.

MEPHITIS, is, f. g. *El mal olor de las aguas, que paſſan por mineros de azufre.* Virg. ¶ Mephiticus, a, um. *Coſa hedionda.* Sidon. Apollinar.

Mepte : pro meipſum. Plaut. *Menæc.* Certiſsimum eſt mepte potius fieri ſervum, quam te emittam manu.

MERACUS, a, um, p. c. *Puro y ſin mezcla* : ut Vinum méracum. *Vino puro*, & Meracum vocabulum, i. e. merum Latinum. Gell. *l.* 1. *cap.* 18. ¶ Meraculus, diminut. *Purillo*: ut, Vinum meraculum, Plin. *l.* 20. *c.* 19. ¶ Meracior, comp. & Meraciſsimus, ſuperlat. Celſus præcipit hyeme meracius bibendum eſſe, æſtate dilutius.

* Mearcha, qui iuſtæ parti præeſt. Chiffl.

* Merarcgia, agmen conſtans è viris bis mille quadraginta octo. Paſſerat.

* Meraria. Græc. *geuſtris.* Gloſſ. Vaſculum quo merum guſtabant in caupone. Gloſſ. Iſid. Meraria, popina.

* Mercada; mercatus. Vox barbara. Aliter mercatum neut. gen. Guill. Epiſc. Pariſienſis in addit. Prohibetur Sacerdotibus, ne mercata frequentent. Latinè dicimus Mercatus, ûs. *El Mercado.*

Mercalis, Mercator, Mercatura, Mercatio, Mercatus. Vide *Mercor.*

MERCES, edis : à merendo ære, inquit Varro. *Jornal del peon, premio del trabajo de uno.* ¶ Item, *La renta de cada un año, como de trigo, &c.* Cic. 2. *de finib.* ¶ Mercedula, æ, dimin. *Jornalillo, ò intereſillo de algo.* Cic.

* Mercedarius : qui dat mercedem pro labore ſibi impenſo. Gl. Iſid. Vet. Voc.

* Mercedarius ſervus, vel alius, qui diſtribuit pecuniam ſub domino ſuo.

* Mercedinus : mercenarius ; quòd mercede ſe tueatur. Feſt.

* Mercedonius : qui dat mercedem. Feſtus : *Mercedonias dixerunt à mercede ſolvenda*, Intelligit Feſtus, dies. Ita enim omnes dies Intercalaris menſis vocabantur. Nam menſis intercalaris Mercidonius vocabatur, ut ait Plutarchus *in Numa*, vel Mercedonus, ut ait idem *in Cæſare.*

Mercedinias dixerunt à mercede ſolvenda. Feſt. Ibi Scalig. Mercedinias, ſubintellige dies.

Mercenarius, ii. *El jornalero, ò peon.* * Etiam adjectivum. Mercenarii teſtes, apud Ciceronem. *Teſtigos alquilados, ò ſobornados.*

Mercimonium. Vide *Merx.*

MERCOR, aris, deponens. *Mercar, comprar, tratar en mercadurias.* Mercari præſenti pecunia. *A dinero de contado.* ¶ Mercatus, us, vel Mercatio, onis. *El comprar.* Mercatus etiam, *El Mercado.* * Mercator oris. *El Mercader, ò comprador.* ¶ Mercatura, æ. *El trato de Mercader.* Mercaturam facere. *Tener eſte trato.* ¶ Mercalis, le. *Coſa que ſe puede mercar.* Hinc Promercalis, de quo infra.

Mercedula, Mercenarius. Vide *Merces.*

Mercurialis, is, f. g. Mercurialis hierba Gr. *linozoſtis*, cujus duo ſunt genera, maſculus, & fœmenina. Plin. *lib.* 25. *cap.* 5.

Mercurius, ii. Græce, *Palabra, platica*: quaſi medius currens inter homines.

* Mercurius, argentum vivum. *El Azogue*: metaphoricè, quia mobile eſt, ut deum Mercurium fingunt velocem.

* Mercurius: iuxta Gloſſam, vulnus animalis.

* Mercuriũ: lapidum congeries in cacumine collium. Heſychius, *hermaios, lophos, cumulus Mercurialis*, nec aliter Prov. c. 26. *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: ita qui tribuit inſipienti honorem.*

Mercuriales, ium. *Los Colegiales, ò Sacerdotes de Mercurio.* Viri Mercuriales, *Hombres eruditos.*

MERDA, æ. *El excremento del cuerpo.* Horat.

* Merdo, as. Gr. *chezo*: fœdo, conſpurco.

Merè. Vide *Merus.*

Merenda, æ. *La merienda.* Merendo, as. *Merendar.*

* Merendiam, Gr. *deile.* Gloſſ. deile eſt poſtmeridianum tempus.

MEREO, es, ere, merui, tum, & Mereor, eris, eri, meritus ſum. *Merecer.* ¶ Mereri de aliquo benè, malè, præclare: idem eſt quod conferre aliquid boni vel mali in aliquem. *Hacer à uno, algun bien, ò algun mal.* Virg. *lib.* 4. Si bene quid de te merui. *Si es que te merecì algun bien.* Male mereri de aliquo, *Es ofenderle, agraviarle.* Plaut. Male mereri de immerente inſcitia eſt. *Hacer mal à quien no lo merece, es necedad.* ¶ Etiam ſine his adverbiis abſolutè dicitur, Mereri de aliquo, tam in bonam, quàm in malam partem. Cic. Talis vir fuit ita de pop. Rom. meritus: ut, &c. *Tanto bien hizo al pueblo Romano, que &c.* ¶ Mereo etiam ſignificat ſtipendia facere in militia. *Ganar ſueldo en la milicia.* Itaque Merere parvo ære. *Ganar poco ſueldo.* Lucan.

Merere equo. *Ser Soldado de à caballo.* Merere pedibus, *Serlo de infanteria.* Ovid. Liv. *lib.* 4. *bell. Punic.* Stipendia merere. Sueton. ¶ Hinc Emeriti milites, *Soldados jubilados, que gaſtaron ſu vida en ſervicio de el Rey.* ¶ Mereo etiam accipitur pro Turpem quæſtum facio. Unde Meretrices, quæ corpore quæſtum faciunt: & Meritorii pueri, qui quæſtus gratiâ proſtituuntur.

Meritus, a, um, nomen ex particip. *Merecido, debido.* * Etiam, *El que ha merecido*, cùm eſt participium. Plin. ¶ Meritiſsimus, a, um, ſuperl. Plin. *in Epiſt. lib.* 5. Mihi cognitum eſt, non fama, qua alioquin optima & meretiſsima fruitur.

Meritum, i: dicitur, quum vel male, vel benè de aliquo meremur. Eſt enim vocabulum medium. Quando in bonam partem accipitur, idem ferè eſt quod beneficium. *Merito, beneficio, obligacion cumplida.* ¶ Pro merito. *Segun lo merece.* Terent.

Meritiſsimum, i, ſuſtantivum, hoc eſt maximum meritum. Plaut. *in Aſinar.* Jube advenire, quæſo, meritiſsimo ejus, quæ volet faciemus.

Meritò, adv. *Con razon, y dignamente*: ut, Meritò te amo. Meritò ſum iratus. Cic.

* Meritò, as, frequentat. à mereo. *Ganar.* Plin. *lib.* 7. *cap.* 32. ¶ Plaut. *Curc. ſ.* 2. *act.* 4. Cato, *ap. Feſtum.* Omnes cohortes ſtipendia meritaverunt.

Metirorius, a, um. *Coſa que ſe alquila por un tanto.* ¶ Aliquando Meritorium abſolutè, dicitur pro taberna mercede conducta. Juvenal. *Sat.* 3. ¶ Meritorius puer, *El bardage.*

MERETRIX, cis. Impura mulier. *La ramera, dama corteſana.* Etiam Proſtibula dicitur. ¶ Meretricula, æ, diminut. Cic. 3. *Verr. Putuela.* ¶ Meretricius, a, um. *Lo que toca, ò es proprio de eſtas infelices.* ¶ Meretricium, cii. *Eſte maldito, oficio*: ut meretricium facere, apud Sueton. *in Calig.* ¶ Meretriciè, adverb. *Al modo de ramera.* Plaut. *in Mil.* ¶ Meretricor, aris. *Exercitar eſſe oficio.* Colum. *lib.* 11. *cap.* 1.

Meretigæ: manifeſtæ turpitudines. Pap.

Mergæ, arum, & Merga, æ, in ſing. *Horquillas, ò palas para acinar, y hacer los montones de trigo, y otros frutos.* Feſtus. ¶ Alii mergas ferramenta eſſe exiſtimant, quibus olim in frugibus demetendis utebantur. *Cierto genero de hoces para ſegar.* Colum. *lib.* 1. *cap.* 21. Plin. *lib.* 18. *cap.* 30. Mergites appellat.

Merges, itis, m. g. *El manojo de eſpigas.* Virg. 1. *Georg.* ¶ Mergites quoque à veteribus dicebantur ferramenta quædam, quibus in rariore ſegete meſſores ſpicas ſolent diſtringere, quæ & Mergæ vocantur à Columella. Plin. *lib.* 18. *cap.* 30.

MERGO, is, ere, erſi, erſum. *Hundir en el agua, ò zabullir.* Plin. *l.* 9. *cap.* 38. Mergitur lana carminata. Virg. *lib.* 6. Quis te ſub æquore merſit?

* Merſo, as, frequent. Sæpe mergo, *Zabullir muchas veces.* Colum. *lib.* 7. *cap.* 4. Virg. 1. *Georg.* ¶ Merſito, as, aliud frequentativum à frequentativo Merſo. Solin. *cap.* 57. *ad finem.*

* Merto, as: frequenter mergo, pro merſo: ut pulto, pro pulſo. Quintil. *lib.* 5. *cap.* 16.

* Mergulus, i. *La torcida del velon, ò candil.* Paſſerat.

Mergus, oris. Græc. *hydria.* Genus vaſis, quod nonnulli ſitulam appellant, ita dictum, quod puteo mergatur, dum ex eo aquam haurimus. *Cubo, ò caldero para ſacar agua del pozo.* Gloſſ. Iſid. Vet. Vocabul.

* Mergoræ: Situlæ quibus aqua de puteo trahitur. *Gloſ. Iſid.*

Mergus, i, *Cuervo marino.* Græc. *Aethyia.* ¶ Etiam Mergus. *El mugron de la cepa, que ſe echa de cabeza.* Colum. *lib.* 4. *cap.* 15.

* Mergina: Herba eadem quam Græci *Smilacem aſperam* vocant. Vide Dioſc. *lib.* 4.

Merbibulus. Vide *Merus.*

MERIDIES, ei: quaſi medidies. *El medio dia.* Cic. *in Orat.* Dicens, ipſum meridiem, cur non medidiem? Credo quod erat inſuavius.

* Meridiem veteres pro media nocte dixerunt: quomodo æquidiale, pro æquinoctio. Varro apud Nonium: Repente noctis circiter meridiem &c.

Meridianus, a, um. *Coſa del medio dia.* ¶ Meridiano, pro meridie, i. e. hora meridiana. Plin. *lib.* 2. *cap.* 26. ¶ Meridianus, pro gladiatore, Sueton. *in Claud. cap.* 34. Beſtiariis, Meridianiſque adeo delectabatur, ut &c.

* Meridianus, ſive *Meridianus circulus.* Unus eſt ex ſex maioribus ſphæræ circulis, per polos mundi, & verticem noſtrum ductus, qui unà nobiſcum mutatur pro locorum, & regionum in quibus ſumus, ratione. Vide Scalig. *in lib.* 1. *Sphær. Manil.*

Meridio, as, are, & Meridior, aris, depones. *Comer à medio dia, ò ſeſtear y dormir la ſieſta.* Celſ. *lib.* 1. *cap.* 2. Meridatio, nis. *Eſta ſieſta.* Cic. 2. *de divinat.*

* Meringa: eſt pellicula in aure ubi fit auditus. Ita Vet. Voc.

* Meris: herba eſt, quæ alio nomine Tripolium appellatur. De hac Dioſcor. *lib.* 4.

* Meriſmos, Lat. diviſio, à *merizo*, divido. A Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Diſtributionem vocant.

Meritò adv. Merito, as, &c. Vide *Mereo.*

Meroctes: Lapillus porracei coloris, qui lacte ſudat. Plin. *l.* 37. *cap.* 10.

Merops, pis, interp. Apiaſtra. *Avejaruco que deſtruye las abejas.* Virg. 4. *Georg.*

Meropes præterea diverſarum linguarum homines dicuntur, à Græc. *merizô*, divido, & *ops*, pero breve, quod vocem ſignificat.

* Merſinium: funis. Lex. gr. b.

Merſo & Merto. Vide *Mergo*.

* Mertium, pro præmio, ſive merito. Apul. *lib.* 8.

MERULA, æ. Avis ſic dicta, quòd ſola volet, & ſolitaria paſcatur: quaſi mera volans. *La mirla*. Gr. *Kottyphos*. Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. ¶ Etiam, *Un pez*. Plin. *lib.* 32. *cap.* 11. ¶ Apud Authorem Philomelæ dicitur Merulus: *Et merulus modulans tam pulchris concinit odis*.

MERUS, a, um. *Coſa ſola, ſin mezcla, y pura*. Gr. *akratôs*: ut Merum vinum: Et Merum abſolutè. *El vino puro*. Merum imperium, habens ius gladii uſque ad mortem incluſivè. Lex. I. C. ¶ Merè, adverb. Græc. *akratôs*, purè. Plaut. in Truc. *Puramente*.

* Meribibulus. *El que bebe vino puro*. Nomen eſt diminutivum, ut videtur, à Bibulus, & hoc à Bibus, quo extra compoſitionem non utimur. Eſt etiam Meribibula, vel Merobibula, à Merobiba: quo nomine licentioſa compoſitione uſus eſt Plautus *in Curc*. Nomen eſt lenæ Multibiba, atque Meróbiba.

* Meruvorphim: vox in Longobard. ll. eſt projectio de equa.

MERX, ercis, f. g. *La mercaderia que ſe compra, ò vende*: Merces exportare in aliquem locum. *Llevar las mercaderias à algun lugar*. Cic. Singularis huius vocis minus eſt in uſu: legitur tamen apud Plin. *l.* 12. *cap.* 25. & apud Plaut. variis in locis: *in Perſa*. Merx tua mala eſt. Quintil. Sordidæ mercis negotiator, *Mercader de vil Mercancia*. ¶ Mercimonium, ii. Ejuſdem eſt ſignificationis. Plaut. *in Curc*.

* Mercion: mercatus. L. g. b.

Meſa, teſte Vitruvio ſunt partes mediæ ædium, quas idem Latinè Medianas appellari aſſerit. *La medianeria de las caſas*.

* Meſancylum, i, teli miſsilis genus, inquit Feſtus. Legitur apud Gellium Meſancula, æ, *lib.* 10. *cap.* 25.

Meſaræum. Vide *Meſenterium*.

* Meſarchon. Idem quod Meſenterium, quod vide.

* Meſarnum: tributum dimidiatæ ovis. Buleng. Lex. gr. b.

* Meſatium: lorum ab equo ad alium equum tendens. Poll.

* Meſauli: Ædium itinera dicuntur, quæ inter duas aulas, id eſt, duo atria, ſunt interpoſita. A nonnullis etiam Androues vocantur, teſte Cæl. Rhodig. *lib.* 27. *cap.* 24.

* Meſaulium. Suid. Mediana ianua, in aulæ meditullio locus. Cælius.

* Meſenterium, ii. Craſſa quædam & adipoſa membrana eſt, multis & nervis & venis, & glandulis intertexta, medium inter inteſtina ſitum obtinens: unde & nomen accepit. Alio nomine *Meſaræum* appellatur. *El Meſenterio*.

Meſes, meſæ. Ventus inter Boream & Cæciam medius, unde & nomen habet. *Tramontana, ò Nordeſte*.

* Meſiticum, æs, quod pro loco, in foro mercibus vendendis ſolvebatur: *Meſe*, forum Græcis poſterioribus: quia id plerumque eſt in medio urbici. Gloſſ. gr. b. Meurſii.

* Meſobolum, & Meſabum: medium inter boves iunctos lignum, vel lorum quo temo iugo alligatur.

* Meſochorus, p. c. Qui in medio turbæ ſtans, reliquis canendi, vel aliud agendi ſignum proponit. *El que rige, y govierna el Choro*. Sidonius. Vide Rhodig. *lib.* 4. *cap.* 14.

Meſocranium, ii. *Coronilla de la cabeza*.

* Meſoleucos. Gemma, quam mediam linea alba diſtinguit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. ¶ Eſt præterea herba quædam habens candidam lineam per folium diſcurrentem. Idem *lib.* 27. *cap.* 11.

* Meſomelas, p. c. Gemma eſt nigram habens venam, quemlibet colorem per medium ſecantem. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Meſon: *Perſona comica*. Feſtus.

Meſonauta. *El Comitre de Galera, que govierna à los remeros*. Ulpian. *D. l.* 4. *tit.* 8. §. 1.

* Meſoneſtimas. *La quarta ſemana de Quareſma*, dicta Lætare. Lex. gr. b.

Meſonyction: media nox, nox intempeſta. Item hymnus media nocte cantatus. Lex. gr. b.

* Meſopentecoſte. Septimana quarta poſt Pentecoſten. L. gr. b.

* Meſophrium. Medium ſuperciliorum ſpatium, metopium. *El entrecejo*. Poll.

* Meſoria: intervalla, ac pauſæ Horarum Canonicarum. Lex. gr. b.

* Meſoſpherum. Indici nardi folium, ut magnitudine, ita & pretio, medium è triplici ſpecie locum obſtinens. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 12.

Meſpilus, i. *El Niſpero*. Palladius.

* Meſquita. Templum Mahomedanum. Vox facta ex Arabico *Masgid*. Maſgidium. *Mezquita*.

Meſsias. Vox Syriaca ad Græcam terminationem facta. Græcè *ò Chriſtos*, Chriſtus. Lat. Unctus.

Meſsio, Meſſor, Meſſorius. Vide *Meto*.

MESIS, is, f. g. propriè. *El tiempo de la ſiega, y la miſma ſiega*. ¶ Etiam, *Copia, ò abundancia de algo, Mieſſe*. Plaut. *in Trin*. Morum malorum meſsis.

Meſsicula, dim. parva meſsis. Cath.

Meſſura. Vide *Meto, is*.

* *Met, Piam, & Pte*: ſyllabicæ ſunt dictiones extra compoſitionem nihil ſignificantes. In compoſitione aliquid addunt ſignificationi dictionum cum quibus componuntur: ut Egomet, Quiſpiam, Tute.

META, tæ. ita dicta, quòd eſſet poſita in dimenſo ſpatio: vel quia eam metiantur quadrigæ circumcurrentes. Græc. *Konos*. *Era un poſte que ſubia en punta como piramide, y ſervia de termino ò raya en los juegos Olympicos, adonde ſe dirigian las carreras de las carrozas, que à todo correr havian de venir à èl; pero con tal arte que llegaſſen ſin tocarle, como dice* Horat. 1. Carm. Ode 1. Metaque fervidis Evitata rotis: *y le rodeaban ſiete veces, para conſeguir el premio*. Propert. *lib.* 2. Aut prius infecto depoſcit præmia curſu, Septima quam metam triverat antè rota. ¶ Agrorum metæ. *Los mojones de los campos y las heredades, porque ſolian ponerlos en forma de piramides*. ¶ Meta fœni, vel frumenti. *Los amiares de paja, heno, ò trigo en forma de piramide, que tambien ſe dice Meda*. Colum. *lib.* 19. *cap.* 2. ¶ Item Meta, *El termino, ò fin de qualquiera coſa*: ut apud Virg. *l.* 1. Metæ rerum ac temporum. Et Ovid. *ad Liviam*, Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam: Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas. ¶ Hinc, Perveniſſe ad metam. *Haver concluido yà algun viage, ò acabado alguna obra*. ¶ Item Meta lactis. *El queſo en forma de piramide*. Martial. ¶ Meta etiam. *En el Molino es la piedra inferior, ſobre la qual ſe mueve la ſuperior*. Paulus *in l.* 18. *D. de inſtruct. & inſtrum. leg*.

* Meta, & Metium (Vox barbara) eſt pretium quod donatur, quando ſponſam maritus ſponſat. In ll. ver. ¶ Mena etiam præpoſitio Græca: cum, item, trans, ultra.

* Metula, æ, dimin. legitur apud Plin. Jun. *in Epiſtolis*.

* Metabaſis. Latinè Tranſitio. *Figura en que ſe ſuma lo dicho, y ſe propone lo que ſe ha de decir*.

* Me-

* Metabole, quam quidam Trajectionem interpretantur. *Transpoſicion de dos coſas contrarias, de ſuerte que de la primera ſe ſiga la ſegunda*: ut apud Terent. *in Andr.* Quoniam id fieri quod vis non poteſt, id velis quod poſsis.
* Metabulum: fauſta navigatio. Iſid. Gloſſ.
* Metacarpium: vola pars manus, à iunctura uſque ad digitorum craſsitiem, ubi infra digitos aperitur. *La palma de la mano.* Poll.
* Metagôgus, p. p. Conductor. Tertull.
* Metalepſis. *Figura, en que por la translacion y ſemejanza ſe pone una diccion por otra.* Virg. 1. *Ecl. Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.* Poſt aliquot ariſtas, id eſt, per aliquot æſtates, vel poſt aliquot annos. Nam ex ariſtis æſtates, ex æſtatibus annos intelligimus.
* Metalepticus, a, um: participativus: metalepſim habens. Metalepticè: per metalepſin. Paſſerat.
METALLUM, i. *Metal, que ſe cria en las entrañas de la tierra, y de ella ſe ſaca.* * Metallum miniarium, Fodina ex qua effoditur minium: ſicut Argentarium, ex quo argentum; & Plumbarium, ex quo plumbum effoditur. *Minas de eſtos metales.* Plin. *lib.* 33. *cap.* 7.
Metallarius, vel Metallicus, i. *El que anda en eſſas minas, y ſaca y labra el metal. Y el condenado à las minas, ff. de pœnis, & C. de metall.*
Metallicus, a, um. *De metal*: ut natura metallica. Plin. *l.* 27. *cap.* 4. ¶ Metallicum atramentum. *Cauſtico con que los Albeytares conſumen la carne ſuperflua en las llagas de las beſtias.* Vide ſuprà in dictione *Melanteria.*
Metallifer, a, um. *Coſa que cria y engendra metales.* Stat. *lib.* 4.
Metamorphoſis, is. *Transformacion*, à verbo Græco *metamorphô*, quod eſt transformo: quo nomine Ovid. & Apulei. libros transformationum inſcripſerunt.
* Metanœa. Lat. Pœnitentia, mentis mutatio: *nus* eſt mens, *metà* trans, notat mutationem. Auſ. *Epig.* 12. Meurſ. in Gloſſ. Græco-barb. *metanœæ* inclinationes. Reverentiæ, ut vulgò loquuntur.
Metaphora, æ. Lat. Translatio. *Quando ſe traslada, y paſſa un vocablo de ſu propriedad à donde falta otro ſemejante, ò es mas elegante el trasladado.* ¶ Metaphoricus, a, um, & Metaphoricè, adv. *Coſa metaphorica.*
Metaphraſis, is. Mutatio in aliud orationis genus.
* Metaphrenum. Pars illa corporis, quæ præcordiis à tergo eſt objecta: ita dicta quòd poſt præcordia ſita ſit. Chiffl.
Metaphyſica, orum, pluraliter. *Coſas ſobre la naturaleza, libros de eſta ciencia.*
Metaplaſmus. Lat. Transformatio. *Traslacion de un caſo, ò letra por otra*: ut Agreſte in ablativo, pro Agreſti. Idem ferè cum Metátheſi.
Metaplaſticus, a, um. Transformativus. Metaplaſticôs dicitur apud poetas uſurpari id, quod propter neceſsitatem mutare conſueverunt, quod idem barbariſmus dicitur in ſoluta oratione conſcribenda. Feſtus.
* Metaſſæ: bidentes, quæ nec agnę ſunt, quia illæ necdum dentes ediderunt: neque adaſiæ, quia iam ejecerunt, ideò aptæ ſacrificiis bidentes quòd duos dentes habeant. Cerda.
* Metaſtaſis. Lat. Remotio, translatio: cùm culpam vel in rem conferimus, quæ in iudicium vocari non poſsit, vel in perſonam, quæ non acceperit ipſa malum. *Metiſtemi* eſt transloco, tranſpono.
* Metaſyncriſis, metaporopocaſis: eſt exiguorum meatuum tranſmutatio ad ſtatum naturalem. L. M.
* Metatheſis, p. c. Lat. Tranſpoſitio: cùm una littera, neceſsitatis cauſa, ex uno dictionis loco in alium tranſponitur: ut Tymbre pro Tymber. Virg. 10. *Æneid.* At tibi Tymbre caput Evandrius abſtulit enſis.
Metator, & Metatio. Vide in verbo *Meto.*
Metaxa, æ. Congeries eſt penſorum ex lino &c. Vitruv. *La madexa.* ¶ Item Sericum rude. In Cod. *Juſt. lib.* 10. *tit.* 8. *l.* 10. Serico blattæ, & metaxæ ſpecies.
* Metaxarius: metaxæ, i. e. ſerici negotiator. ¶ Metaxatus: Sericus.
* Metaxiaricum: tributum quod metaxarii ſolvebant.
* Metaxyologia, eſt *parembole*, ſive *epembole*: cum in medio orationis cauſa aliqua, vel circunſtantia rei interponitur. *Metaxy, in medio*: *logos* ſermo.
Metempſychôſis, is. *Tranſmigracion de las almas de un cuerpo, en otro cuerpo, error de Pythagoras.*
* Meteora, orum. A Græcis dicuntur, Miſta imperfecta, quòd in ſublimi, hoc eſt in aere generentur: cuiuſmodi ſunt pluviæ, nives, grandines, faces ignitæ: de quibus tractat Ariſtoteles *tribus primis libris meteorologicis*: nam *quarto* qualitates perſequitur. Vox Philoſophis uſitata, planè à monumentis ſcriptorum veterum abeſt.
* Meteoroleſches, æ, qui de rebus ſublimibus nugatur. *Meteora* ſunt ſublimia, *leſche* nugatio.
Metereologus, i, qui de meteoris differit. Meteorologia, doctrina de meteoris.
Meteoroſcopus: qui ſublimia reſpicit. ¶ Accipitur pro ſtolido, rebuſque gerendis inutili. Græca vox.
* Methium: ſponſalitia, vel nuptialis donatio. Cod. ll. antiq.
METHODUS, i, f. g. ex *meta* & *odos* aſpirato componitur. *Compendio, ò breve inſtruccion, y modo de enſeñar.* ¶ Eſt etiam Methodus fraus, illuſio, unde *methodeno*, machinor, decipio: nempe via quadam compendiaria circumveniendo.
* Methodice, es, f. g. *Parte de la Gramatica, que enſeña como ſe ha de hablar.* Quintil. *lib.* 1. *cap.* 15.
* Methodici. *Los que ſiguen eſta arte, y la aprenden.* ¶ Et Amethodi, hoc eſt à via & ratione docendi, diſcendique abhorrentes, quaſique avii. Bud. *Annotat. in Pandectas.*
Methodium, ii. *La corredera de caballos.* Sueton. apud Nebriſ.
* Meticuloſus. Vide *Metuo.*
METIOR, ris, menſus ſum, metiri. *Medir.* Cic. 1. *de nat. deor.* ¶ Curſu iter metiri, *caminar.* Aquas metiri carina, *Navegar.*
Menſor, oris. *El que mide los campos y heredades.* Etiam, *Los Apoſentadores que en paz y en guerra acomodan el hoſpedage à los Soldados, y criados del Principe.*
Menſio, nis, & uſitatius Menſura, *Medida, ò por bara, vaſija, ò computo.*
METO, is, ere, meſsui, meſſum. *Segar, coger los frutos, ò hacer el agoſto.*
Metere maximam meſſem malorum dixit Plaut. *in Trinum*, pro Maximam malorum hominum copiam invenire. Idem *in Epid.* Mihi iſtic nec ſeritur nec metitur. *Eſſo ni me hace, ni me deshace*: *Lo que no es en mi año, no es en mi daño.*.
Meſsio, nis. *La ſiega.* ¶ Meſſor, oris. *El ſegador.* ¶ Meſorius, a, um. *Lo que toca à ſiega, ò à ſegador*: ut Meſſoria corbis. Cic. Meſſura, æ. Idem quod Meſsio. Diomedes Gramm. *lib.* 1.
Metoche: participatio: *à metichein*, participare.
* Metœcia: ſacrificia de receptis in civitatem colonis. Athen.
* Metœcium: penſio, vectigal, quod incolæ quotannis perſolvunt. ¶ Item locus carceris. Tributum quod extra patriam habitantes perſolvebant. Athen.
* Metœciſmus, translatio incolarum, habitatio apud exteras gentes.
Metœcus: qui de una civitate in aliam migravit habitandi animo. Latinè Advena dici poteſt, vel Inqui-

quilinus. Specialiter Metœcus eſt, qui iuſſu magiſtratus in aliam civitatem pœnæ causâ transfertur.

METONYMIA, æ. Latinè Tranſnominatio. Figura eſt, vel potius tropus, cum cauſa pro effectu, ſubiectum pro adjuncto, aut contrà ponitur: ut cum Cererem pro pane & frugibus, Bacchum pro vino ponimus: ferrum pro armis, Italiam pro Italis &c.

* Metonymicus, a, um. Ad metonymiam pertinens. ¶ Metonymicè: metonymico more.

* Metopion: Arbor eſt in Africa Æthiopiæ ſubjecta naſcens, ex qua Ammoniaci lacryma in ſubjectas arenas diſtillat. Plin. *lib.* 12. *cap.* 28.

* Metopoſcopus. Lat. Frontis inſpector, *apo tu metopu*, quod frontem ſignificat, & *ſcopein*, quod eſt contemplari inſpicere, conſiderare. Sunt enim metopoſcopi *Los que adivinan por el roſtro lo que uno ha de ſer.* Sueton. *in Tito.*

METOR, aris, atus. *Medir las tierras.* Etiam, *Diſponer, aſſentar*: ut Metari caſtra apud Saluſt. & Metari abſolutè, pro caſtra metari. ¶ Meto, metas. Virg. *in Culice.* Metebat ſeſe circum loca. ¶ Metatio, nis. *Diſpoſicion de plantìo.* Colum. *lib.* 9. *cap.* 15. Hæc in quincuncen vinearum metatio expeditiſsima ratione conficitur.

Metator, is. *El que planta con orden, y diſpone los arboles y plantas.* Etiam, *Apoſentador.* Vide ſupra Menſor.

Metorchium, ii. *El eſpacio que ay entre las plantas.* Columell.

METRENCHYTA, æ. Inſtrumentum medicorum, per quod medicamenta in uterum injiciuntur. *Xeringa.* Vide Galenum 5. *Methodi.*

* Metreos. October menſis Bythiniis. Pap.

Metréta, æ. *Como dos cantaras y media de medida: eſta es la Syriaca; que la Attica era caſi la quarta parte menos.* Salas.

* Metriaſmus: medietas. Pap.

Metricus, a, um. Vide *Metrum.*

* Metroacum: carmen à matre deorum, aliter Galliambicum. Chiffl.

Metrocomia. *Lugares principales, cabezas y origenes de otros.* Iuſtinian. *in ſuo Codice.*

* Metrophamelius: materfamilias. Lex. gr. b.

Metropolis, is. *Ciudad mas principal, madre, ò cabeza del Reyno.* ¶ Metropolitæ, ſive Metropolitani. *Los de aquella Ciudad.* ¶ Metropolites, æ. *Vecino de la Metropoli.*

METRUM, i. Lat. Menſura, dimenſio. *Medida. Porque los verſos ſe miden por pies de ſilabas, ſe toma por el verſo.* ¶ Metricus, a, um. *Coſa de èl*: ut Ars metrica, lex Metrica.

METUO, is, ere, metui. *Tener miedo, temer.* Et propriè ſervorum eſt, Vereri liberorum. Cic. *in Catil.* Metuebant enim ſervi, verebantur liberi, charum omnes habebant. ¶ Metuo ego illum, ne quid mali faxit mihi. Plaut. *Menæc. Yo le temo, no ſea que me haga algun mal.* Metuo tibi, *Temo no te venga mal.* ¶ Metuo à, vel ab Cic. *Attic. l.* 9. Sed cum eadem metuam ab hac parte. Metuo Reipub. malum ab eo. Nolo metui, amari mavolo abs te, mi gnate. Plaut. *Aſinar.*

Metuens, tis, nomen ex partic. *Temeroſo.* Cic. ¶ Metuentior, comparat. Ovid. 6. *Faſt.* ¶ Metuendus, a, um. *Coſa temible.* Cic. *de Aruſp. reſp.* Ovid. 13. *Metam.* Metuendus Ulyſſes.

* Metutus, partic. Lucret. *lib.* 5. Nam cupidè conculcatur nimis ante metutum. *Es piſado à porfia lo que antes era muy temido.*

Metus, us, ui. *El miedo, ù horror del preſente peligro.* Cic. 4. *Tuſc.* Metus eſt opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe videatur. ¶ Metus pro religione, quia ex metu nata eſt religio. Servius. Virgil. *lib.* 7.

* Meticulus, diminut. Hinc Metriculoſus, a, um. *Timido, medroſo.* Plaut. *Moſtell.*

Metys. Purgamentum ceræ. *Hez de la cera.*

* Metytium, templum minus. L. gr. b.

* Meu, per duas ſyllabas. *meon* Dioſcoridi Herba eſt caule foliiſque aniſo non abſimilis: de qua Plin. *lib.* 20. *cap.* 23.

MEUS, a, um. Pronomen poſſeſsivum. *Mio, mia*: Græcè *emòs*: ut Meus ager. Meus ſum, perinde eſt ac ſi dicas, Meæ poteſtatis ſum. *Yo ſoy dueño de mi miſmo.* Perſ. *Satyr.* 5. Poſtquam meus à Prætore receſsi. ¶ Ave mi Cai, meus ocellus jucundiſsimus, pro mi ocelle jucundiſsime. Gellius *lib.* 15. *cap.* 7. ex Epiſt. quadam Auguſti Cæſaris. Item Plaut. *in Moſt. ſc.* 3. *act.* 1. Oculus meus, pro ocule mi. ¶ Meus, Tuus, Suus aliquando ſubſtantivè accipiuntur: faciléque in eis ſubauditur ſubſtantivum aliquod, Amicus, familiaris, vel domeſticus: ſicut etiam Hiſp. dicimus, *Los mios, los tuyos, los ſuyos.* Virg. *lib.* 4. Dulceſque meorum Reliquias. Et *lib.* 3. Cape dona extrema tuorum. Terent. *in Phorm.* Ego meorum ſolus ſum meus. *De todos los mios yo he quedado ſolo como el eſparrago.* ¶ Meum eſt: hoc eſt, Mei officii eſt. *Es de mi obligacion, ò de mi cargo.* Sic Tuum, ſuum, noſtrum, & veſtrum eſt; id eſt, tuum, ſuum, noſtrum, & veſtrum officium eſt, meum munus, meæ partes. Meum non eſt, id eſt, Non eſt mea natura. Terent. *in Heaut.* Non eſt mentiri meum. *No es de mi genio el mentir.* ¶ Mea, Mea tu, & hujuſmodi, muliebria ſunt blandimenta. ¶ Mea quidem ſententia, pro Ut ego ſentio, ut opinor. Meo quidem animo: (ut mihi videtur.) Plaut. *in Menec. ſc.* 3. *act.* 1. Mea eſt deſcriptio, apud Cic. *de ſenect.* pro Egomet deſcripſi. Mea unius ſalus, Cic. *in Vatin. Mia es la ſalud: ò de mi ſolo es.*

M I

Mi, dativus caſus, è genitivo *Mis*, pro mihi. Virg. *lib.* 6. Et mi genus à Jove ſummo. ¶ Mi, vocativus à Meus: ut O mi Æſchine, ò mi germane. Plaut. Quo in loco, Mi, vim blandimenti habet.

Mica, cæ. *La arenilla que reluce como plata.* A quo & panis & omnium rerum fruſtula Micas appellamus. *Las migajas de qualquier coſa.* Unde eſt illud; Nam & Catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. *Matth.* 15. *v.* 27. ¶ Nulla in tan magno eſt corpore mica ſalis. Catull. *En todo aquel corpanchon no ay coſa agraciada.* Saliens mica, apud Horat. 3. *Carm. Od.* 22. *Grano de ſal que ſalta echado en el fuego.* Micæ auri. Lucret. *Oro en polvo.*

* Miccotrogus: qui pauxillum rodit. Apud Plaut. *in Stich.* epitheton paraſiti, qui eſcas alienas rodit ad inſtar muris.

MICO, as, are, micui: ab Ico, propter ictum radiorum. *Reſplandecer como las arenas heridas del Sol.* Virg. *lib.* 1. Crebris micat ignibus æther.

Micare digitis. *Jugar à la morra: quando el uno cierra el puño, y de repente le abre, eſtendiendo uno, ò dos, ò los dedos que le parece; y el otro al miſmo tiempo dice quantos: y ſi acierta con los que eſtendiò, gana, y ſi no, pierde. Ciceron hace memoria de eſte juego* lib. 2. *de divinat.* Quid enim ſor eſt? Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras. Unde Proverb. apud eundem 3. *Offic.* Dignus eſt homo quicum in tenebris mices. *Hombre es de tanta verdad, que aunque pudiera, ni aun jugando te engañàra.* ¶ Micare etiam, *Moverſe por intervalos, al modo de una luz tremula.* Cic. 2. *de nat. deor.* Iam verò venæ & arteriæ micare non deſinunt, quaſi quodam igneo motu. Virg. 3. *Georg.* Et linguis mi-

micat ore triſulcis.

Microcoſmus, i. Latinè parvus mundus. *Mundo pequeño, el hombre*, fit *à mikros* parvus, & *Koſmos* mundus.

Micrologia, à Græcis appellatur anxia cura circa minutula, & ſedulitas quovis modo rem augendi. ¶ Is quoque qui rem vilem magni facit, & tenuiſsimum lucellum undecumque aucupatur, Micrologus appellatur.

Micropſychus. *Puſilanime, timido.* Græce enim *pſyche* eſt anima, & *mikros* parvus. Plin. *lib.* 22. *cap.* 24. ¶ Micropſychia, puſillanimitas, *Puſilanimidad.*

Microſphæron: Nardi folium eſt, ex tribus ſpeciebus, ut minimum, ita & longè præſtantiſsimum. Vide Plin. *lib.* 12.

Micturio, is, ire, verbum deſiderativum, à Meio, is. *Tener gana de mear.* Juvenal. *Sat.* 6.

* Mictyris: pauperculum pulmentum. Lucil. *apud Nonium.*

Midas, æ. *Hijo de un Baquero, y Rey de Phrygia, que en riquezas ſe aventajò à todos ſus antepaſſados. De eſte dicen las fabulas, que hoſpedando à Baco le concediò, que quanto tocaſſe ſe le convirtieſſe en oro: y como la comida ſe le convirtieſſe tambien en oro, vino el deſdichado à morir de hambre.* Auriculas aſini Midas habet, *Es tan aſno, como rico y poderoſo.* ¶ Midas etiam eſt vermiculus in fabis naſcens. Theophraſt. *lib.* 4. *de plantarum cauſis*, & Hermolaus in Plin. *lib.* 21. *cap.* 19. ¶ Etiam, *La ſuerte felix en el juego de los dados*, à Mida Rege nomen habens.

* Midion: genus navigii, apud Feſtum Pomp.

* Migma, tis: miſtura farrago à Gr. *mignio* miſceo.

MIGRO, as, are, avi, atum. *Mudarſe de una caſa à otra, ò à otro lugar.* Liv. *lib.* 1. *ab Urbe.* ¶ Migrare ex vita, *Morir.* Cic. 6. *de repub.* ¶ Migrare etiam, activè, pro transferre, apud Gell. *lib.* 2. *cap.* 29. Caſsita nidum migravit. ¶ Migraſsit, pro migraverit, apud Cic. 3. *de leg.* 12. *Tabul.* ¶ In mucronem migrare. *Acabar en punta.* Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. ¶ Migratio, nis. *Eſta mudanza à otra parte.* Cic. 1. *Tuſc.*

Mihi, pronomen dativi caſus ab Ego. Varium uſum habet. Terent. *in Adelph.* Si quid peccat Demea, mihi peccat. *Si en algo yerra ò peca, para mi es el daño.* Plaut. *in Menæc.* Mihi dolebit, non tibi, ſiquid ſtulte fecero, *Si obráre mal, no lo pagaràs tu, ſino yo.* ¶ Aliquando idem eſt quod A me. Terent. *in Heaut.* Syrus eſt prehendendus, atque adhortandus mihi. *Debo yo coger y amoneſtar à Syro mi eſclav.* Ovid. 4. *Triſt. Eleg. ultim.* Non hæc mihi crimina fingi Scis bene, *Bien ſabes que yo no finjo eſtas culpas.* ¶ Superior ſis mihi, Plaut. *Menæc. ſc.* 3. *act.* 1. i.e. potior apud me. *Seas primero en mi eſtimacion, è para conmigo.* Quid mihi triſtis es? (i.e. contra me) Idem *ibid. Por què eſtàs triſte conmigo?* Idem *in Capt. ſc.* 2. *act.* 4. Malignitate oneravit omnes mortales mihi. (i.in me) *Con ſu malignidad moleſtò à todo el genero humano contra mi.* ¶ Item eleganter dicimus, Mihi ſcribo: mihi lego, mihi bibo, eſurio, edo, curro &c. id eſt, pro me. *Para mi eſcribo, para mi utilidad, ò por mi guſto &c.* ¶ Mihimetipſi, dativus ab Egomeipſe. *Para mi miſmo*: ut, Brevitas mihimetipſi amiciſsima eſt, Cic. *pro Quintio.* ¶ Mihiphte, pro Mihi ipſi poſuit Cato, *apud Feſt.*

Milago: piſcis ſuper aquas volitans, Iſid.

Milax, cis. A Galeno appellatur frutex hederæ ſimilis, quem Smilacem vocat Dioſcorides. Vide *Smilax. Judiguelos, ò friſoles Turqueſcos.*

* Mile, milia, pro mille, millia, antiq. Caſaub.

MILES, itis, gen. comm. A millies: quia primùm legio erat trium millium, ſingulæque tribus mittebant mille milites. *El Soldado.* ¶ Levis armaturæ milites. *Soldados à la ligera de à pie.* Gravis armaturæ. *Corazas.* ¶ Ærarii milites, dicuntur ab ære, quòd ſtipendia facerent. Varro. *Soldados que ganan ſueldo.* Tyrones, *Viſoños.* Veterani, *Soldados viejos.* Emeriti, *Jubilados.* Gregarii, *Soldados raſos, ordinarios.* Exauthorati, *Deſpedidos.* Ære diruti. *Perdidos por mala paga.* Cauſarii, *Eſcuſados por enfermedad ò debilidad, que llaman Invalidos.* Auxiliarii, *De ſocorro.* Honorarii, *Aventureros.* Præſidiarii, vel Limitanei, *De preſidio, ò fronterizos.* Tumultuarii, *De leva, cogidos de rebato.* Claſsiarii, *De la armada, ò de las galeras.* Stationarii, *De la guarda.* Prætoriani, *De la guardia del Rey.* Sacramento religati, *Juramentados de no dexar la milicia haſta cierto tiempo, que era el de 25. años*: quod Militare Sacramentum dicebatur. ¶ Miles, aliquando, *El ladron.*

Mileſius ſermo. *Platicas, ò converſaciones de entretenimiento*: Mileſiæ fabulæ. *Chiſtes, novelas, ò cuentos de viejas.* Mileſius, a, um, quod ex urbe Mileto. ¶ Miletopolis, is. *Ciudad de Mileto en la Aſia menor.*

* Miliens: millies. Caſaub.

* Miliaria avis: dicta quòd milio veſcatur & pingueſcat. Græc. *Kenchris.* Varro 3. *de re ruſt. cap.* 5. ¶ Miliaria etiam herba eſt, quæ milium necat. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25.

Miliarium, ii. Vas æneum grande ad aquam calefaciendam. Vide *Milliarium.*

MILITIA, æ. *La guerra, ò la milicia, aunque no haya guerra.* Metaphoricè pro quovis exercitio, munere, & officio ſumitur. Cic. *ad Attic. lib.* 5. Grata hæc mihi, quæ nondùm laborioſa ex illa vetere militia. *Eſta ocupacion es para mi guſtoſa, ni aun me es trabajoſa, aunque venga de los años paſſados.* * Militiæ nomen dare, *Aliſtarſe por Soldado.* Cic. ¶ Militiam urbanam ſequi. Cic. *pro Muræna. Ser Abogado, defender pleytos, ò ſer Procurador de ellos.* ¶ Imaginariam militiam militiam Sueton. *in Claud.* vocat pugnam ſimulatam ad ſpectatorum delectationem. *Combate por modo de juego y paſſatiempo.* ¶ Militiæ genitivus adverbii vice poſitus, ſicut domi. Terent. *in Adelph.* Unà ſemper militiæ & domi ſumus. *A un tiempo eſtamos ſiempre en guerra y en caſa.*

Milito, as, are. *Militar, ſeguir la milicia*: ut, Hic ſub Cæſare militavit. *Fue Soldado, ò militò en tiempo de Ceſar.* Militare mercede. Curtius. *Militar por ſueldo.* ¶ Militaris, e. *Coſa que toca à milicia, ò Soldados.* ¶ Militaris via. *Camino real*, quæ & Regia dicitur. Ætas militaris, *Edad robuſta, y proporcionada para la guerra.* Tacit. *lib.* 2.

Militaris herba, quæ aliis nominibus Achillea, Millefolium, & Supercilium Veneris appellatur. Militaris dicta, quod ab ea milites vulnerati petere ſoleant præſidium.

Militarius, a, um. Antiqui uſurparunt pro Militaris. Plaut. *in Pſeud.* ¶ Militariter. *Al modo militar.* Liv. *lib.* 5, *ab Urbe.*

MILIUM, lii. *El mijo.* Gr. *Kegchros.* Plin. *lib.* 28. *cap.* 10.

* Miliarius, a, um. *Coſa de eſta ſemilla, ò perteneciente à ella.* Miliaria, avis, quæ milio veſcitur & pingueſcit. Varro *de re ruſt. lib.* 3. *cap.* 5.

MILLE, vel Mile, ſubſtantivum, & neutri generis. *Mil.* Græcè *chilias.* In ſing. eſt indeclinabile. Tamen apud antiquiſsimos invenitur ablativus *milli.* Lucilius apud Gell. *lib.* 1. *cap.* 16. *Tum milli numùm potes uno quærere centum.* Ubi uno milli numorum dixit, pro mille numis. *Puedes con un millar de monedas adquirir cien mil.* Mille denariûm prò mille denariorum, dicebatur antiquitus: eſt mille numûm pro mille numorum: & mille talentûm, pro mille talentorum &c. * Mille, pro numero infinito. Perſ. Mille hominum ſpecies.

Milleſimus, a, um. *Coſa de mil en orden. El Mileſimo*: ut

ut milleſima pars, Cic. *ad Attic. lib.* 19.

Millefolium, lii. *El Corazoncillo hierba.* Nebrija. Græcè *myriophyllon.* Plin. *l.*24. *c.*16.

Millefolia, æ. Panacis genus eſt ab Achille inventum, unde Achilleos appellatur. Plin. *l.* 25. *c.*5. Aliqui Panacem Heracleon, alii Sideritin, & apud nos Milleſolium vocant, cubitali ſcapo ramoſam minutioribus quàm fœniculi foliis veſtitam ab imo. *Mil en rama.*

Millepeda, æ. *Un guſano velloſo de muchos piezecillos, que ſe encoge tocandole.* Plin. *lib.* 29. *c.* 6. Hieronym. *contra Jovinian.*

Milliarius, a, um. *Coſa de mil libras.* Unde Apri milliarii apud Columel. dicebantur mille librarum, qui apponebantur cænis Romanorum. Senec. *Epiſt.* 21. Non deſideras milliarios apros &c.

Milliarium, ii, ſive Milliare, is. *La milla, eſpacio de mil paſſos.* Cic. * Milliarium, ii. Vas æneum, altum & anguſtum, multarumque menſurarum capax. Huius maximus uſus in balneis. Cato *de re ruſt.* * Milliarium aureum, Romæ in foro, columna erat, in quam omnes viæ Italiæ competebant, & deſinebant. Sueton. Plutarch. Plin. *lib.*3. * Millies, adverb. *Mil veces.*

Millus, ſive Millum, i. *El collar con carlancas que echan à los perros, contra los lobos y otras fieras, para que no los muerdan.* Varro *de re ruſt. lib.*2. *c.*9.

MILVUS, & Milvius, ii. *El milano, ave de rapiña.* Gr. *Iktinos.* Plin. *l.*10. *c.*10. * Milvus etiam, ſive Milvius, piſcis quidam dicitur, quòd ſe ſaltu ſupra mare attollens, milvi in modum volare videatur. Idem, *lib.* 9. *c.*26. * Ponitur etiam pro ſidere cœleſti, in quod milvus qui Jovi elapſum anulum retulit, refertur mutatus. Ovid. 3. *faſt.* * Milvus per translationem de homine rapaci dicitur, Plaut. *in Pœnulo.*

Milvinus, a, um. *Coſa de milano, arrebatadora.* Coquus milvinis, aut aquilinis ungulis, Plaut. *in Pſeudolo. Cocinero con uñas de milano para hurtar.* Milvinæ tibiæ: *Flautas que alcanzan muy alto en la muſica, como la Corneta.* Milvina appetentia, Plaut. *in Menæch. Hambre de un buytre, ò milano.* * Milvinus pes. Herbæ nomen apud Colum. *lib.* 12. *cap.*7. quam nonnulli eandem eſſe putant cum Coronopo. *Pie de milano.* Nebr.

Mimêſis, is, f.g. *Arte de arremedar las palabras, acciones, y ademanes de otro.* Alio nomine à Græcis dicitur *Ethopoia.* Quintil. *lib.* 9. *c.* 2. Imitatio morum alienorum, quæ *Ethopoia*, vel (ut alii malunt) *mimeſis* dicitur, &c.

MIMUS, i. *El Gracioſo, bufon, ò juglar de las farſas y entremeſes.* ¶ Mimi etiam vocantur poemata ſine ullo pudore laſciviam imitantia: quod genus Latini vocant Planipedias. * Mimus quoque pro ridiculo facto, & quaſi fabula riſu digna. Sueton. *in Othone cap.*5. Satis viſum, ne pœna acrior mimum omnem divulgaret. *Pareciò baſtante el embiarle con pretexto de Embajada, por no divulgar el hecho con pena mas riguroſa.* * Dicitur etiam Mimo ſubſervire: *Ser arlequin del bufon, ò del Volatin.* * Mimulus, i, diminut. *Bufoncillo.* * Mima, æ, & Mimula, æ. *La Gracioſa, ò bufona.* Cic. *in Philipp.* 2. & 2. *in Anton.*

* Mimiambus, i. Sunt verſus Jambici minus uſitati. Varro 4. *de Ling. lat.*

* Mimographus, i. Laſcivi poematis ſcriptor.

* Mimologus, i: qui mimos recitat.

Mimicus, a, um. *Coſa de bufones*: ut Mimicus iocus. Cic. 2. *de orat. Bufonada.* Senec. Mimicæ ineptiæ, *Necedades burleſcas.*

* Min. Auſonius: *Et quod germano mixtum malè lethiferum Min.* quem verſum, inquit Turnebus *lib.*23. *c.*30. de minio intelligo, lethali pharmaco & homines necante, quod in argentariis metallis reperitur.

* Min' pro Mihine: figura Synæreſis, qua Perſius utitur. *Satyr.*1. Quis leget hæc? Min' tu iſtud ais?

Mina, æ. Græcè *mna. Moneda Attica, valor de* 103. *reales. La Romana algo menos. La Hebrea* 240. *reales, aunque ay gran variedad en los Authores: dificultoſo mucho, ſino impoſsible ajuſtarlo à nueſtras monedas.* Salas. * Mina etiam, *Cierta medida de tierras de* 120. *pies de largo, y otro tanto de ancho*: quæ vocatur Modius, & actus quadratus. Varro *de re ruſt. lib.*1. *c.*10. * Minam etiam (ut ſcribit Feſtus) Ælius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem, quaſi minorem factam. * In pecore autem ovillo Minæ dicuntur, quæ ventre ſunt glabro, Varro *lib.* 2. *c.* 2. * Minam autem dici volunt, quòd minus habeat.

Minaciæ, arum, à Plauto dicuntur, quas nos hodie minas vocamus, *Las amenazas.* In Rud. Minacias ego iſtas flocci non facio tuas.

Minæ, arum. Comminatio, minitatio, mali denuntiatio. *Amenazas.* Cic. * Minæ murorum. *Las almenas de las murallas.* Virgil. *lib.*8. Minæque Murorum ingentes.

* Minet, eminet. Lucret.

MINOR, aris, atus ſum. *Amenazar.* * Item *Sobreſalir, empinarſe.* Virg. *l.* 2. Geminique minantur in cœlum ſcopuli. * Minatio, nis. *La amenaza.* Cic. 2. *de Orat.* Execrationes, admirationes, minationes. * Minanter, adverb. *Amenazando.* Multa minanter agant. Ovid.

Minitor, aris. frequentativ. *Amenazar mucho, ò muchas veces.* Legitur etiam *Minito, as* pro eodem, præſertim apud antiquos. Plaut. *in Amphitr.* Quid mihi minitabas te facturum? *Què era lo que me amenazabas de que harias y acontecerias?* ¶ Minitans, tis, partic. *Amenazador.* Cic. 7. *Verr.* ¶ Minitabundus. *Lleno de amenazas.* Liv. *lib.*9. *bell. Maced.*

* Minitabiliter, pro Minaciter. Pacuvius. Minitabiliter que increpare dictis ſævis incipit.

Minax, cis, qui frequenter minatur. *El que amenaza con furia, y echa brabatas.* * Minaciſsimus, ſuperlativ. Suet. *in Calig.* Adverſus barbaros minaciſsimus. ¶ Minaciter, adverb. *Con amenazas.* Et Minacius, comparativ. Cic. *in* 5. *Philipp.*

MINERVA, æ. Diſciplinarum dea, quæ Græcè Pallas dicitur. A minando dicta quaſi vim minetur: *porque ſuelen pintarla con el eſcudo y la lanza formidable.* Aut à monendo, quòd rectè moneat. Feſt. *Juzgaron los Paganos, que fue la inventora del aceite, y de las obras de las lanas: y la tuvieron por la dioſa de las ciencias y de las artes. Fingieron que havia nacido del celebro de Jupiter.* quo commento ſignificare volunt humaniorum literarum diſciplinas humani ingenii non eſſe inventum, ſed ex Jovis cerebro, hoc eſt, ex inexhauſto divinæ ſapientiæ fonte ad hominum uſum eſſe depromptas. ¶ Pingui, ſeu craſſa Minerva aliquid facere, *Hacer algo ſin arte, ni ornato, groſſera è imperfectamente.* Colum. *in præfat. lib.*1. ¶ Invita Minerva aliquid facere. *Hacer algo con repugnancia del proprio ingenio, ò inclinacion.* Horat. *de Arte.* Tu nihil invitâ dices, faciesque Minerva. ¶ Sus Minervam: Subaudi, docet, vel monet: *Al maeſtro cuchillada.*

Minerval, is, & Minervale, is. à Minerva deductum. *El ſalario que ſe dà al maeſtro por el trabajo de enſeñar.* Varro 3. *de re ruſt. c.*2.

Minervium, Mihervæ templum: ſicut Dianium Dianæ, Varro 4. *de L.L.*

MINGO, is, ere, minxi, minctum. *Mear, orinar*: pro quo magis in uſu eſt Meio. Hinc Mincturio, & Mictito, quæ vide ſuis locis.

Miniaria, Miniarius, Miniacius, Miniatus, vide *Minium.*

Minimus, Minime, vide *Parvus.*

Minio, as, vide *Minium.*

* Miniſcor: recordor, mente volvo. Feſt. Aliter Meniſcor.

cor, à meneo, i. e. moneo.

MINISTRO, as, are. *Servir, miniſtrar.* Plaut. *Curcul.* * Miniſtrator, is. *Sirviente.* Cic. 1. *de Orat.* * Miniſtratrix, cis. *Sirvienta, ò criada.* Paſſerat. * Miniſtratorius, a, um. *Coſa del ſervicio de caſa*: ut, Miniſtratorii urceoli, apud Martial. *lib.*4. *epig.*105. * Miniſter, tri. A manu, quaſi maniſter. Idem quod miniſtrator. *Siervo, ò criado.* Cic. 1. *de Orat.* * Miniſtra, æ. *La ſierva, ò criada.* Cic. 1. *de finib.* * Miniſter, a, um. Ovid. epiſt. 20. Lumina propoſiti facta miniſtra tui.

* Miniſteriales; Vaſſalli militares. Heurm. Cod. ll.antiq. aut miniſtri eius, ut Pincernę, Cellarii, & huiuſmodi. Pancirol.

* Miniſteriani, qui prȩerant caſtris principum. L. I. C. Buleng.

* Miniſteriarches: princeps miniſterii. Cath.

Miniſterium, ii. *Servicio miniſterio.* * Miniſterium etiam, *El ſacrificio.* Livius 1.*ab Urbe.* Et miniſtrum pro eo qui mactat, dixit Ovid. * Aliquando miniſteria accipiuntur pro Miniſtris, ſicut ſervitia pro ſervis. Paulus Juriſconſ. Urbica miniſteria dicimus etiam, quę extra urbem nobis miniſtrare conſueverunt.

Minitor, Minitabiliter, vide *Minor, aris* in *Minæ.*

MINIUM, ii, *el Bermellòn.* Gr. *miltos.* Plin. *lib.*33. *c.*7. * Miniaria, æ. *La mina del Bermellòn.* Plin. *ibidem.* * Miniarius, a, um. *Coſa de Bermellòn*: ut Miniarium metallum, Plin. *ibidem.* Et Miniucius, a, um: quod eſt ex minio. Vitruv. *lib.* 7. Parietes paſsim expolitione miniacia expoliebantur.

* Miniatus, & per diminutionem Miniatulus, *coſa colorada, ò dada de bermellòn.* Unde Miniatulam ceram veteres dixerunt, quam nos rubram dicimus. Hiſp. *cera amarilla.* Et Miniatula cera aliquid notare, pro eo quod eſt loca corrigenda annotare. Cic.*ad Dolabell.lib.* 15. * Minio, as, are. *Teñir de bermellòn.* Plin. *lib.* 33. *cap.*7.

* Miniographus: qui minio ſcribit. Cath.

* Minnurius: morio, ſtultus, malus. Gl. Iſid.

Mino, as, are. *Llevar guiando, ò guiar.* Gr. *ago.* Apud antiquos etiam pro *Minor* legitur, *Amenazar.* à quo Minito, as.

Minor, comparativum à Parvus, quod vide.

Minoro, as: minuo. Minoror, inferior fio. *Minorar, diſminuir.*

Minoratio, nis: actio minuendi, exinanitio, ſtatus minor. *Diſminucion.*

Minſo, as, are. *Orinar con frequencia*: & dicitur à Mingo. A Minſo Minſito, aliud frequentativum eiuſdem ſignificationis. * Minſabilis, e: quod facile mingitur. * Minſatorius, ii. *el Orinal.* * Minſaterium, idem. Ita Vocab. Vet. eſt vox barbara.

* Minthos: Græcè excrementa hominum ſignificat. * Etiam floris nomen eſt in ſterquilinii enaſcentis, quo mirum in modum afficiuntur hirci. Vide Cæl. Rhodigin. *lib.* 10. *c.*22.

MINUO, is, ere, minui, utum. *Diſminuir.* Cæſar. Noſtris militibus ſpem minuit. Cic. *ad Attic.* Si putares meam moleſtiam minui poſſe.

Minurio, is, ire. & Minurizo, as, are. *Hablar, ò cantar con voz muy baxa, y como entredientes.*

Minus, Minuſculus, vide *Paucus.*

Minutio, nis. *Diſminucion.* Gell. *l.* 16. *c.* 5. Quint. *lib.*4. *c.* 3. * Minutus, a, um, Partic. & nomen eſſe poteſt. *Coſa diſminuida, menguada*: ut Minuta ſpes, pro imminuta, apud Tacit. *in Vita Agricolæ. Poca y deſmayada eſperanza.* Minutæ fruges, *Menudas legumbres, como trigo, moſtaza, &c.* Minuta itinera facere. Sueton. *in Aug. c.* 82. *Dàr paſſeos cortos.* Pueri minuti, Ibidem *cap.* 83. *Muchachos pequeños.* * Homines minuti, & angusti, Cic. 1. *de finib. Hombres menguados, y anguſtiados, ò cobardes.* * Minutiſsimę literę. Sueton. *in Calig. Letra muy menuda.* * Minutulus, diminut. *Pequeñito*: ut Infantes vel pueri minutuli. Plaut. *in Pœnulo.* Gell. *l.*17. *c.*5.

Minutum, i: portio minuta, parva, ut temporis, & ponderis. * Eſt etiam nummi ſpecies: idem quod Semiteruncius. *Una blanca.* Barrient. *tract. de Monetis Græc.*

Minutatim, vel Minutim. *Por puntos, ò partes, con diſtincion, ò poco à poco.* * Minutè, *Menudamente, ò por menudo.* Gell. Minutius, comparat. Quintil.

Minutia, æ. *La parte mas minima, ò menuda*: *menudencia de algo.* Lactant. *de Ira Dei.*

Minutal, is. *Picadillo de varias hierbas para comer.* Apicius.

* Minutalia terræ: mineralia. * Item minutię. Tertull.

MINUTARIUS: propola negotiator, qui minuta vendit. Bud.

Minurizo, as. *Cantar de falſete, echar paſſos de garganta como ruiſeñor.* * Minurizationes: avium minorum cantus. Feſtus.

Minus, Minuſculum. Vide *Minor in Parvus.*

Mirabilis, Miraculum, Mirificus, & alia: Vide *Miror.*

*Mirach: abdomen. Vox Arabica, apud Chiffl.

Mirmillones: *Los que combatian con los Reciarios, armados à lo Francès, con dos puñales y morrion, que llevaban por penacho un pez, y el Reciario le ſeguia con una red, para embarazarle las armas cortandole.* Suet. *in Calig. c.* 55.

* Miro, as, pro Miror. Varro. Hoſpes quid miras? Nonius.

Miror, aris. *Maravillarſe, admirarſe.* * Etiam, *Mirar con guſto y deleyte.* Virg. 2. *Georg.* Seu quis Olympiacæ miretur præmia pugnæ. ¶ Etiam. *No ſaber.* Terent. *in Andr.* Miror unde ſit. ¶ Etiam *Alabar à alguno, complacerſe.* Martial. *lib.*13. Qui ſe mirantur.

Miratio, nis. *Admiracion.* Cic. 2. *de divin.* Cauſarum ignoratio in re nova mirationem facit.

Mirator, ris. *Admirador.* Miratrix, cis. *Admiradora*: ut, Turba miratrix ap. Juvenal. *Sat.* 4. & Fama miratrix Senioris ævi, Senec. *in Hippolyto.* ¶ Mirandus, a, um. *Coſa digna de admiracion.* ¶ Mirabundus. *El que ſe marabilla.*

Mirus, a, um. *Coſa marabilloſa, digna de admiracion.* ¶ Apud veteres Mira pro monſtris, & horrendis ſumuntur. Plaut. *in Amph.* Mira memoras, nimis formidoloſum prædicas facinus. ¶ Mirum ni, id eſt, mirandum niſi: ponitur pro certè, profecto. Plaut. *in Amph.* Mirum ni hic, me quaſi murænam exoſſare cogitat. Terent. *in Andr.* Age igitur ubi nunc eſt ipſus? Mirum ni domi eſt. ¶ Mirum, reſponſio adverbii cuiuſdam formam habens. Terent. *in Eunuc.*

* Mirius, antiqui dixerunt pro magis mirum. Varr. Nunquid hoc mirius.

* Mirum in modum, &, mirandum in modum. *En grande manera.* Miris modis, *Por modos admirables y marabilloſos.* ¶ Mirum quantum. *En gran manera, por eſtremo.* Liv. 1. *ab Urbe.* Mirum quantum illi viro hæc nuntianti fides fuerit. ¶ Mirè, adv. *Marabilloſamente.*

Mirificus, a, um. *Coſa milagroſa, que cauſa admiracion.* ¶ Hinc ſuperlativum Mirificiſsimus. Terent. *in Phorm.* ¶ Mirificè, adv. *Marabilloſamente.* Cic. 4. *Acad.*

Mirifico, as. *Hacer marabilloſo.* Plaut. *in Amphitr.*

Mirabilis, e. *Admirable coſa, marabilloſa*: ut, Opus mirabile mundi. Tibull.

Mirabilitas, tis. *Admiracion, Marabilla.* Cic. *ad Attic. l.* 5. Hæc animi deſpicientia mirabilitatem magnam facit. ¶ Mirabiliter, adv. *Marabilloſamente.* Cic. *ad Cæſarem.*

Mi-

Miraculum, i. *Milagro. Monſtruo, ò coſa horroroſa.* Feſtus etiam monet, antiquos miracula dixiſſe res turpes.

* Mirio: perſona diſtorta, mira, id eſt, deformis. Attius apud Varron. de L. L.

* Mis, antiquus genitivus, pro *mei.* Plaut. *in Trinum.*

Miſanthrôpus, i. p.p. *El que aborrece hombres, como Timon Philoſopho.* ¶ Miſanthropia, hoc vitium.

MISCEO, es, ere, miſcui, miſtum. *Mezclar.* Vinum aquâ miſcere Staphilus docuit. Plin. *l.*7. *c.*56. Armis & tumultu omnia miſcebant. Velleius. *Todo lo alborotaban y confundian con las armas y tropelia.* ¶ Miſcere, *Dàr de beber.* Juvenal *Sat.* 5. Neſcit tot millibus emptus Pauperibus miſcere puer, *el Siervo que coſtò tanto dinero, no ſabe todavia dàr à los pobres de beber.* ¶ Miſcere abſolutè, pro miſcere omnia. Cic. *ad Quint. fratr.* Pompeius abeſt, Appius miſcet. *Pompeyo eſtà auſente, y Apio rebuelve.* ¶ Miſcere contractum, *Hacer contrato con otro, obligarſe con èl.* Paul. Juriſconſ. ¶ Miſcere etiam de concubitu dicitur. ¶ Miſceri ex alia re, *Mezclarſe y unirſe con otra coſa.* Cic. 3. *offic.* Nec verò finis bonorum & malorum, qui ſimplex eſſe debet, ex diſſimilibus miſceri & temperari poteſt. *Ni el fin de los buenos y de los malos, el qual debe ſer ſimple y puro, puede nunca mezclarſe y aguarſe con otras coſas deſſemejantes.* ¶ Miſcere folia, *Barajar las cartas en el juego de naipes.*

Miſtus, a, um. *Mezclado, barajado.* Miſtum bibere. Plaut. *Beber aguado.* ¶ Miſtura, æ. *Mezcla, temple de coſas.* Colum. *lib.*7. *c.*5. Et Quintil.

Miſcellaneus, a, um. *Coſa mezclada, junta, entreverada confuſamente de variedad de coſas*: ut Miſcellanea turba apud Apuleium. ¶ Miſcelanea, orum. *Meſcolanza de varias coſas ſin orden, ni diſtincion*: *Tambien, Folla, entremeſes, y juegos de varios generos.* Juvenal. *Satyr.* 11. Sic veniunt ad miſcellanea ludi.

* Miſcellania: ultima cœna. Salmas.

Miſcelliones appellantur, qui non certæ ſunt ſententiæ, ſed variorum miſtorumque judiciorum. Feſtus.

Miſcellus, a, um. Idem quod miſcellaneus. Miſcellum columbarum genus apud Varronem, quod nec agreſte eſt, nec domeſticum, ſed ex utroque temperatum. ¶ Item miſcellæ vites, quæ omni agro conveniunt, quòd cæteris ubique utiliter miſceantur. Cato *de re ruſt. c.*6. ¶ Miſcella doctrina: varia.

MISER, a, um. *Cuitado, miſerable, infeliz, deſdichado.* Plaut. *in Milit.* Quid illam miſeram animi excrucias, quæ nunquam male de te merita eſt? Miſer animo, & Miſer ex animo, apud eundem *in Truculento & Sticho.* ¶ Interdum ponitur pro innocente. Cic. *pro Milon.* Miſeros interdum cives optime de repub. meritos.

Miſellus, a, um. dimin. *Cuitadico, pobretico.* Plaut. ¶ Miſerè, adv. olim Miſeriter. *Miſerablemente.* * Miſeria, æ. *Miſeria, laſtima, deſdicha.*

* Miſeritudo. Vox antiqua, pro miſeria. Accius apud Nonium.

Miſereor, ereris, miſertus, vel miſeritus. *Compadecerſe de otro: haver miſericordia.* Cic. *pro Balbo.* * Miſereo, es, antiqui uſurpabant pro Miſereor. Ennius. * Miſeret, ebat imperſonale eiuſdem ſignificationis, cum accuſat. & genit. Miſeret me illius, & Miſeret me vicem tuam. Plaut.

Miſereſco, is. *Compadecerſe.* Virg. 2. *Æn.* Plaut. *in Epid.* * Miſereſcit, imperſ. cum ſignificato ſui verbi. Terent. *in Heaut.* Atque inopis te miſereſcat mei.

Miſericors, dis. omn. gen. *Compaſsivo, miſericordioſo.* * Miſericordior: comparativum antiquum. Plaut. *in Rud.* Nulla miſericordior eſt me fœminarum.

Miſericordia, æ. *Compaſsion, y laſtima de miſerias agenas.* * Miſericorditer, adv. *Miſericordioſamente.*

Miſeror, aris. *Sentir, llorar, lamentarſe, y compadecerſe de los trabajos agenos.* Feſtus; Miſeratur is qui conqueritur aliena incommoda. * Miſero, pro Miſereor, dicebant veteres, ut Accius *in Athamante.* Atque ita de illis merui, ut iure hæc nunquam miſerarent mala.

Miſeratio, nis. *Eſta compaſsion.* Cic. *Luceio, lib.*5.

Miſerandus, a, um. *Digno de compaſsion.* Cic. 2. *Tuſc. Et* 1. *de Orat.* * Miſerabilis, e. *Lo miſmo.* Liv. 1. *ab Urbe.* * Miſerabile pro Miſerabiliter, nomen pro adverbio Virg. 2. *Æn.* 1. Miſerabile cæſis hoſtibus inſultans.

Miſerabiliter, & Miſeranter, adverbia. *Compaſsiva y miſerablemente.* Cic. 1. *Tuſc.* Gell. *l.*10. *c.*3.

* Miſsfactum: Sceluſ. Lex. gr. b. malefactum.

* Miſocali: Græco vocabulo appellantur, qui ab omni litterarum elegantia, nitoreque dicendi abhorrent, tanquam invenuſti, & honeſtatis oſſores.

* Miſogynia, p.p. Odium mulierum. Et *Miſogynes*, oſſor mulierum, qualis fuit Euripides.

Miſsile, Miſsio, Miſſus. Vide *Mitto.*

* Miſy, os. Corpus eſt metallicum, quod in fodinis ærariis ſupra Chalcitim & Sory invenitur, colore ſubflavo in morem ſulphuris ignem iam experti. Vulgus *Vitriolum* appellat. * Miſy præterea Plin. *lib.*19. *c.*3. tuberis genus eſt, ſuavitate odoris & ſaporis præcipuum, quod in Cyrenaica provincia naſcitur.

* Mitea: affectio, vel vulnus naſi. L. gr. b.

Mitella: Vide *Mitra.*

Miteſco, is. Vide *Mitis.*

* Mithradat: nomen proprium legis, dominum ſignificans. Delrius.

* Mithras, æ, cum h. à Perſis dicitur Sol: cuius ſimulachrum effingebant rictu leonis, cum tiara, utraque manu bubula premens cornua. Stat. 1. *Thebaid.*

* Mithriaca, orum. Sacra Mithræ, quæ in antro fieri ſolent, bove inde cornibus educto, quem poſt hymnorum concentum Soli immolabant. Lamprid. *in Commodo* Sacra mithriaca homicidio vero polluit.

* Mithrax. Gemma eſt variis coloribus contra Solem refulgens, de qua Plin. *lib.*37. *c.*10.

Mitigo, as. Vide *Mitis.*

MITIS, e, qui facilè mittit. *Coſa manſa, blanda, clemente, opueſta à duro, fiero, cruel.* * Mitior, ius. *Ovid.* Mitius exilium oro. * Mitiſsimus, ſuperl. *Idem eleg.* 2. *lib.*4. Tu vero tua damna dole mitiſsima conjux. (i. e. piiſſima)

Miteſco, is. *Amanſarſe, ablandarſe.* * Etiam, *Madurarſe.* Plin. *lib.*15. *c.*13. Gell. *lib.*15. *cap.* 5. Uvas à ſole miteſcere tempus eſt.

Mitigatio, nis. *Mitigacion.* Cic. 3. *de Orat.* * Mitigatorius, a, um, quod habet vim mitigandi. *Lenitivo.* Plin. *lib.*28. *c.*6.

Mitifico, as. *Amanſar, ablandar.* * Mitificare cibum. *Cocer la comida en el eſtomago.* Cic. 2. *de divinitat.*

* Mitolinum: filum è lino. Lex. gr. b.

MITRA, æ. *La mitra, ornato de la cabeza.* Dictio barbara. ¶ Accipitur aliquando pro muliebri corona ad ornatum capitis adoleſcentularum, ex qua pendebant faſciolæ, quæ Phylla dicebantur, quòd foliorum inſtar dependerent. ¶ Apud Græcos non ſolum pro ornatu capitis, ſed etiam pro faſcia in loricæ modum contexta, ad latera defendenda uſui erat. Virg. 9. *Æneid.* Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. ¶ Fuit etiam Mitra Zonæ genus quoddam, quam ſolvebant primùm parientes, & Dianæ conſecrabant. Vide Cæl. Rhodig. *l.*16. *c.*10.

* Mitella, æ. diminut. Parva mitra. *La coſia, ò gorro, con que ſe abriga la cabeza.* ¶ Etiam, *la venda, ò faja que aſſegura y mantiene un brazo quebrado.* Celſus *lib.* 8. *cap. de fracti brachii curatione.* Siquidem is maximè brachii naturalis habitus eſt, idque involutum mitellâ com-

commodiſsimè excipitur, quæ latitudine ipſi brachio, peranguſtis capitibus collo injicitur, atque ita commodè brachium ex cervice ſuſpenditur.

* Mitrula, æ. aliùd dimin. *Solino hablando del baſiliſco*, cap.40. Serpens eſt penè ad ſemipedem longitudinis, alba quaſi mitrula lineatus caput.

MITTO, is, ere, ſi, ſum. *Enviar.* ¶ Mittere in conſilium, eſt dimittere judices ad ſententiam ferendam. *Dividir las Salas.* Cic. *pro Cluentio.* ¶ Etiam, *Dexar*: ut, Mitte iſta. Mittere odium, iram, metum &c. ¶ Miſſum facere, *Deſpedir, deſechar.* Terent. *in Phorm.* Miſſum te facimus. ¶ Miſſus, a, um. part. Eas ſignificationes habet quas Mitto. *Enviado, deſpedido &c.*

MISSA ſubſtantivè: idem quod Miſsio, ut Græci, finitâ populi concione dicebant, *laois aphefis*: ſic Latini, *Ite, Miſſa eſt*, h. e, dimiſsio, cœtus dimittitur, ire licet domum. Vide Bellarmin. *lib.1. de Miſſa c.1.*

* Miſſale: liber continens quæ in Miſſa peraguntur. *Miſſal.*

Miſſus, us, ui. *Soltar las fieras, y echar los gladiatores al circo à pelear y luchar con ellas.* Sueton. *in Domitiano.* ¶ Etiam, *El plato con vianda que ſe ſaca à la meſa.* Lamprid.

Miſsio, nis. *Miſsion, eſta accion de enviar.* ¶ Etiam, *Dimiſston que ſe daba à los Soldados, de la milicia*, cuius multa ſunt genera: eſt enim honeſta, cauſaria, & ignominioſa. ¶ Item, Sanguinis miſsio, *La ſangria.* Suet. *in Calig. c.29.*

Miſsito, as, are. frequentat. & Miſsiculo, as, aliud. *Enviar à menudo.* Liv. Saluſt. Plaut.

Miſsilis, e. *Coſa que facilmente ſe puede tirar, arrojadiza.* Ut Miſsilibus certare, apud Virg.

* Miſſorium: concha modica ubi aliquid liquoris immittitur. Vet. Voc. In Gloſ. Græcob. Meurſ. *miſſorion*, ſive *minſorion.* Ibi Græcos & Latinos citat his vocibus uſos.

* Miſtarius: quo miſcemus. Nonius. Et citat hunc verſ. Lucilii ex *lib.5.* Urceus aut longa geminus miſtarius anſa

* Miva: condîtum de cydoniis. Miva ſimplex ſolùm fit ex ſucco cydoniorum & ſaccharo. *El almivar.*

* Miurus: caudâ carens, extrema parte mutilus: à *meioô* minuo, & *ura*, cauda. *Rabon.* Ita miurus verſus dicitur in fine claudicans.

* Mius, pro meus, unde *Mi* in vocativo. Diomedes *lib.1.*

* Mixis: miſtio. Tertull.

* Mixolydius: quaſi mixtus Lydius, modus in Muſicis.

M N

Mna, Græcè, Latinè Mina, vide *Mina.*

Mnemoſyne, es Græcè. *Significa la Memoria, à quien los Poetas hacen madre de las nueve Muſas, porque con el theſoro de la memoria ſe adquieren y conſervan todas las ciencias.*

Mnemoſynum, i. Dicitur monumentum, vel pignus quod ad noſtri memoriam reliquimus. Catullus: Mnemoſynon mei ſodalis, id eſt, monimentum.

Mnemonica, orum. *Preceptos, aviſos, ò ſeñales que ayudan à tener memoria. Arte de momoria.*

Mnemonicus, a, um. Memorialis, ad memoriam pertinens.

* Mnemuſium: monumentum. Lex. gr. b.

* Mneſitheus: à quibuſdam vocatur herba, quæ notiore nomine Buphthalmus appellatur. Vide Dioſcorid. *lib.* 3.

* Mnevis, Suidæ, Bos Soli ſacer, quem Heliopolitæ pro deo colebant in ſepto eum nutrientes. Author Strabon *lib.* 17.

M O

Mobilis, & derivata. Vide *Moveo.*

* Modiſmus: certus mediorum numerus. Lex. gr. b.

MODIUS, ii. *Medida de un Celemin, ò almud.* Hinc fit compoſitum Semodius, quod ſignificat modii dimidium. Colum. *lib.* 2. ¶ Modius agri. *Medida, ò eſpacio quadrado de heredad, cien paſſos de largo y ancho.* ¶ Modium neutro genere etiam dicitur. Plin. *lib.* 18. *c.*16. Id præſtant in iugera modia vicena.

Modiatio, nis, Idem quod Modius. *l. quum non frumentum, C. de uſuris.*

Modiolus, i. dimin. *Celemin pequeño, quarta parte, ò quartillo del Celemin.* ¶ Item, *Arcaduz, ò atanor de noria*, Exceptorius, *quando ſaca la agua*, Erogatorius, *quando la vierte en el arteſon.* ¶ Etiam, *Garrafa, ò botella que ſe pone en la meſa para echar de beber.* Ex Budæo. ¶ Etiam, *El pezon, ò maza de la rueda de la carreta donde encaxan los rayos.* Plin. *lib.9. c.* 4. ¶ Item, *Una herramienta de Cirugia, que deſcribe Cornelio Celſo* lib. 8. c. 3. *por eſtas palabras.* Modiolus, ferramentum concavum, & teres eſt, imis oris ferratum, per quod medium clavus ipſe quoque interiore orbe cinctus demittitur.

Modialis, e. *Coſa de un Celemin.* Plaut. *in Capt.*

Modò, adverb. *Significa*, Ahora, *hablando de preſente*; Poco ha, *quando es de paſſado*; Luego, *quando hablamos de futuro.* Ut, Modò id ago. ¶ Modò ait, modò negat. *Ya dice que ſi, ya dice que no.* ¶ De tempore præterito, Plaut. *in Eunuch.* Quamdudum? Modò. ¶ Modò pro Solummodo, *Tan ſolamente.* Liv. 1. *ab Urbe.* ¶ Aliquando pro Si modò, Dummodò, *Con tal que.* Terent. *in Heaut.* Modò liceat vivere, ſpes eſt. ¶ Etiam pro Saltem, *A lo menos.* Terent. *in Adelph.* Utinam hoc ſit modò defunctum. ¶ Modò non, idem eſt quod Ferè, vel propemodum, *Caſi.* Terent. *in Phorm.* Modò non auri montes pollicens. ¶ Item pro *Quidem*, vel *tamen.* Cic. 1. *de divin.* Nemo aliter philoſophus ſenſit, in quo modò eſſet anthoritas.

Modulor, Modulatio, Modulator. Vide *Modulus in Modus.*

MODUS, i. *Manera, traza, moderacion, forma.* ¶ Modus etiam pro quantitate accipitur. Plaut. *in Prol. Aulular.* Agri reliquit ei non magnum modum. Sueton. *in Cæſ.* Magnum modum legionis effecerat. ¶ Modus item pro menſura illa, quam Muſici inter cantandum obſervare ſolent. *El Compàs en la Muſica.* Cic. 1. *de Orat.* Solet idem Roſcius dicere, ſe quò plus ætatis ſibi accederet, eo tardiores tibicinis modos, & cantus remiſsiores eſſe facturum.

Modulus, i. dimin. eſt à nomine Modus. *Medida pequeña.* Sueton. *in Neron.* Scrobem fieri impetravit ad ſui corporis modulum. * Modulos etiam vocabant antiqui Architecti particulas quaſdam, ad quas totum opus ſolent dimetiri. Uulgus hodie *Parvum pedem* vocat, *El Petipie.* Ex Budæo. * Moduli aquarii. *La cantidad de agua que ſe reparte à las fuentes por los condutos y encañados: que ſe dice un real, ò medio real de agua.* Ulpian. * Modulus etiam eſt idem quod Modulatio, vel ipſe cantus, aut flexus vocis, vel ipſa, ut loquuntur, cantus menſura. Plin. *lib.*11. *c.*37. & *lib.*7. *c.*56.

MODULOR, aris. *Componer, concertar, y medir.* Sic Modulari carmen. *Componer ò cantarlos.* * Modulatus, a, um. partic. *Hecho coa medida.* Sonus modulatus, Senec. *in Agam. Canto acorde.*

Modulatus, us, Modulatio, nis. Et Modulamen, nis. *Canto, muſica, harmonia.* * Modulamentum. *Lo miſmo.* Gell. *lib.*1. *c.*7.

Modulator, oris. *El Cantor.* Colum. * Modulatè, adv.

A compàs, y harmonicamente. Cic. 2. *de nat. deor.*

* Modificor, aris. *Medir.* Gell. *lib.*1. *c.* 1. Cic. 3. *de Orat.* Verba illa modificata eſſe debebunt. * Modificatio, dis. Temperantia, modus, vel menſura. *Modificacion, medida.* Senec. Epiſt. 89. Gell. *lib.*10. *c.*3.

Modicus, a, um. *Coſa poca, chica, pequeña, moderada.* ¶ Modicum, i. ſubſtantivum. Juvenal *Sat.* 9. Modico contentus agebas. *Vivias contento con poco.*

* Modicellus, a, um. dimin. *Coſa pequeñita.* Decubuit ſuper lectum modicella culcitra. Sueton. *in Neron. c.*48.

Modicùm, adverb. Parùm. *Poco.* Id modicum curat. *Poco ſe le dà de eſto.* Plaut. * Modicè, adverb. *Eſcaſamente, moderadamente, un poco.* Varro. Cum aër eſt modicè temperatus. Ædificia modicè à terra extantia.

* Modicò, pro paulò. Apul. *Apolog.*1. Modicò prius. i. e, paulò ante. Paſſerat.

MODEROR, aris. *Regir, gobernar, moderar, poner orden y modo.* ut Linguæ moderari. Plaut. Dicitur & Modero, as, in eadem ſignificatione. *Saluſt. Accius. Pacuvius:* Neque tuum te ingenium moderat. ¶ Moderatio, nis. *Modeſtia, gobierno, moderacion, templanza.* Cic. *de ſenect.* ¶ Moderanter, & Moderatè, adv. *Con moderacion.* Lucret. *lib.*2. Ovid. 1. *Metamor.* Moderantius oro.

Moderatus, adject. *Templado, moderado.* Cic. *de ſenect.* ¶ Moderatior, & Moderatiſsimus, *Jul. Capitol.* ¶ Moderatim, adverb. Lucret. *lib.*1. Naturaque rebus Paulatim tribuit, moderatim creſcere cogens.

* Moderator, ris. *Rector, gobernador, ſuperior, ò prelado.* ¶ Moderatrix, cis. *Gobernadora*, ut Moderatrix rerum ſapientia. Cic. 1. *de invent.*

* Moderamentum. Gell. *l.* 13. *c.*6. Moderamenta vocum i. e. Accentus.

Moderamen, nis. Idem quod Moderatio. * Moderabilis. e. *Coſa moderada.* Ovid. 1. *Amor.*

MODESTUS, a, um. *Modeſto, moderado, compueſto.* Cic. * Modeſtè, adverb. & Modeſtiſsimè. *Con gran modeſtia.* * Modeſtia, æ. *Eſta compoſtura, y moderacion.* Cic. 1. *offic.*

Modiperatores dicuntur, teſte Nonio, qui in conviviis modificandi authoritatem habent, quaſi modum imperantes, *ſympoſiarchæ.* Varro.

MOECHUS, i, & Mœcha, æ. *Adultero, y Adultera.* * Mœchocinædus, Adulter, idemque mollis. Lucilius. Imberbi, androgyni, barbati mœchocinædi.

* Mœchimonium, pro Adulterium, dixit Laberius apud Gell. *lib.*16. *c.*7.

Mœchiſſo, as, & Mœchor, aris. *Cometer adulterio.* Plaut. *in Caſin.*

* Mœne, murus Ennio. Plurale uſitatum eſt *Mœnia, ium*, à Mœnio, quod veteribus proMunio, utPœnio pro punio. *Muralla, la cerca de la ciudad.* Veteres enim œ & *u* indifferenter utebantur. * Mœnia mundi, i. e. Cœlum: quaſi urbs mundus ſit Cæli mœnibus ſepta. Lucret. *lib.* 2. Lunamque efficerent, & magni mœnia mundi. * Hinc fit *ſubmœnium*, quod eſt ſub mœnibus. Unde *ſubmœnianæ*, vel ſummœnianæ: meretrices dictæ, quæ ſub mœnibus in fornicibus proſtrabant. Martial. *lib.*8. Et pomœrium, quaſi poſt mœnia: de quo ſuo loco.

* Mœnio, is, ire. Plaut. *in Mil. ſc.* 2. *à* 2. * Mœnitus, a, um. *Cercado de muros.* Plaut. in Bacc.

Mœniana. Vide *Meniana.*

MOEREO, es, ere, mœſtus. rariſsimè Mœreor. *Entriſtecerſe, llorar, ſentir con pena algun deſaſtre.* Cic. *de Amicit.* Hoc eius eventu mœrere. * Pro deploro *Idem.* At illa ſicut acerbiſsimam rem mœret. Et iterum. Cum graviter filii mortem mœreret. 1. *Tuſc.*

Mœro, as. *Entriſtecer à otro.* Pacuv. Nam me multis mœravit modis. Nonius. Sed hic locus Pacuvii nuſquam repertus eſt. Chiffl.

Mœror, oris. *Triſteza, llanto.* Cic.

* Mœrus: murus. Virg. 10. *Æn.* Aggeribus mœrorum. Ibi ſervius, pro murorum, antiq. nam veteres pleraque eorum quæ nos per *u* dicimus, per diphtongum pronuntiabant.

Mœſtus, a, um. *Coſa triſte, doloroſa.* Cæſar. 7. *bell. Gall.* & Mœſtiſsimus.

Mœſtitia, & Mœſtitudo, nis. *Triſteza, pena, y dolor.* Plaut. *in Aulul.* Cui tanta mœſtitudo obtigit. Cic. 1. *de finib.* Sapientia eſt una, quæ mœſtitiam pellat ex animis. * Mœſtè adv. *Triſtemente.* Olim Mœſtiter. Plaut. *in Rud.*

Mœri, orum, pro muris. Virg. *lib.* 10. Quin intra portas, atque ipſis prælia miſcent Aggeribus mœrorum.

MOLA, æ. *La muela, ò piedra del molino para moler.* Juvenal. *Sat.*8. * Mola etiam pro mandibula, ſive maxilla, & pro dente molari. * Mola etiam. *La mola matriz.* Ariſt. 4. *de gen. animal.*

* Molaris, is, ſubſtant. gen. maſc. *La muela para maſcar.* Stat. 3. *Thebaid.* Fractique molares.

Molaris, e. adject. *Coſa de muela*: ut Lapis molaris, ex quo mola fit. Plin. *lib.*36. *c.*23.

* Molarium: Gr. *molicos* Gloſſ. An pretium molarium, certa portio farinæ, quam molitor mercedis loco ſibi ſumit. *La maquila.*

* Molatio: molitio. Gloſſ. Delr.

Molo. is, ere, ui, itum, p.c. *Moler.* Plin. *l.*7. *c.*56.

Molitura, æ. *La molienda, ò moledura.* Plin. *lib.*15. *c.*23. ¶ Molitor, p.c. & Molitrix, cis. *El Molinero, y Molinera.* Vulgò dicitur *Molendinarius.* Eſt & Molîtor pen. prod. à Molior. Vide ſuo loco.

* Molendinum: domus ubi molitur farina & teritur. Vet. Vocab. & ipſa mola. *El Molino donde ſe muele.*

Molétrina, æ. p. c. *El Molino.* Cato.

Molile, lis. *El haſtil con que ſe mueve la piedra de la tahona: ò el collar con que uncen la beſtia para que muela.* Cato *cap.*104.

MOLES, is, f.g. *Algo de gran peſo y tomo, de gran corpulencia*: nomen habens à movendo, quòd ægrè moveatur. Feſtus. ¶ Moles, *en la mar ſon los diques con que ſe impide la inundacion de las crecientes.* Cic. *ad Attic. lib.* 4. Conſtat enim aditus inſulæ eſſe munitos *mirificis molibus.*

MOLESTUS, a, um. *Coſa moleſta, enojoſa.* ¶ Moleſta tunica, dicebatur alimentis ignium illita & intexta, qua reos in pœnam induebant. Juvenal. *Sat.*8. & Mart. *epig.*25. *l.* 10. An ſi quod licet tunica punire moleſta, Vide Cæl. Rhodig. *lib.*10. *c.*5.

Moleſtia, æ. *Moleſtia, ſolicitud, peſadumbre.* ¶ Moleſtè, adverb. *Peſadamente.* ¶ Moleſto, as. *Moleſtar.* ferè non eſt in uſu. Modeſt.

Moletrina, Molile. Vide *Molo.*

MOLIOR, iris. *Poner fuerza en mover algo de peſo.* * Etiam, *Hacer, obrar, procurar.* Et ſic dicitur de omnibus rebus gravibus, quæcumque vel ingenio, vel corpore aguntur: & ſignificat ædificare, parare, meditari, machinari, invenire, excogitare. * Aliquando paſsivè Moliri, pro retardari. Lucil. *lib.*7. Mutilamur, molimur, ſubducimur.

Molîtus, a, um. Particip. Cic. 1. *de finib.* Molita quippiam impietas, *La impiedad que ha maquinado algo.*

Molitio, nis. Et Molimen, inis. *El conato y eſfuerzo para obrar.* Cic. 1. *de nat. deor.* Ovid. * Pro eodem etiam dicitur Molimentum. Livius *lib.*7. *bell. Maced.*

Molitor, oris, pen. prod. qui aliquid conatur, machinatur, ſtruit, aut efficit. Cic. *de Univ.* Effector mundi, molitorque Deus. * Maximorum molitores ſcelerum. Senec. *c.*7. *de tranq.* * Molitrix novarum rerum. Sueton. *in Neron. c.*35.

Molitrix, p.c. vide *Molitor* in *Molo*, *is*.

MOLLIS, e, *Cosa blanda, muelle al tacto.* * Homo mollis, pro effœminato, languido, & inerti. Cic. 1. *de Orat.* * Molle ingenium, i. e. docile, cuique facile quidquid discit imprimitur. * Mollior, & Molliſsimus, Liv. Cic. Colum.

Molliculus, & Mollicelus. dim. *Cosa blanduja.* * Molliuſculus. Plin. *Epiſt. lib.* 1. * Mollimentum. Senec. *cap.* 10. *de Tranq.* Mollimentum calamitatum conſuetudo.

Mollities, ei. Mollitia, æ, & Mollitudo, nis. *Blandura, delicadeza, ternura.* Mollities maris, *Serenidad, apacibilidad del mar.* Plin. *de Vir. illuſt.* * Molliter, adv. *Blandamente.* Et Mollius, comparativum. Tacit. *lib.* 18. Amici adulantes molliùs interpretabantur.

Mollio, is, ire, ivi, itum. *Ablandar, amollentar.* * Mollimentum, i. *Leniente, lenitivo.* Senec. *de tranq. vitæ.* * Molleſco, is. *Ablandarſe lo duro.* Plin. 12. *c.* 17. Etiam, *aplacarſe.* Ovid. Pectora molleſcunt, aſperitaſque fugit. * Mollifico, as. Idem quod Mollio. Gr. *Malaſſo.*

Mollipes, edis. *De blandos pies, quales ſon los de los bueyes.* Cic. *de divinat.*

Molleſtra, æ. *Pellejo, ò cuero de oveja.* Molleſtras (inquit Feſtus) antiqui vocabant pelles ovinas, quibus galeas extergebant.

Mollicina, æ, Veſtis a mollicie dicta. Nævius.

* Mollugo, nis. Species eſt lappaginis, ſimilis Anagallidi, niſi quod ramoſior eſt, ac pluribus foliis, aſpera alioqui, & gravi odore. Plin. *l.* 26. *c.* 10. Quidam eandem credunt, quam Dioſcorides vocat Hippophæſton.

Molluſca, æ. *Nuez mollar, facil de partir.* Plin. *lib.* 15. *c.* 22.

* Molluſcum. Uber eſt aceris arboris, quemadmodum & Bruſcum. Plin. *lib.* 16. *c.* 16.

Molo, is. Vide *Mola.*

Moloche, quæ & Malache. Herba eſt notiſsima, quam Latini Malvam appellant. *La malva.* ¶ Moloche agria. *Malva ſilveſtre.* Plinius Hibiſcum interpretatur *lib.* 20. *cap.* 4. paſtinacæ ſimilem facit.

Molóchinus color, qui in purpuram inclinat, quòd malvæ flori ſimilis ſit. Græci enim *molochen* malvam dicunt. ¶ Molochinarius. *El Tintorero que dà eſte color de malva.* Plaut. *Aſinar. ſc.* 5. *act.* 3.

Molochites: gemma eſt viriditate malvæ colorem referens. Plin. *l.* 37. *cap.* 8.

Molorthus: idem quod perpendiculum. *La plomada para nivelar.*

Moloſſus, i. *Perro, maſtin de ganado,* dicti Moloſsi à Moloſsia Epiri regione, unde advehebantur. Dicuntur etiam Moloſsici. ¶ Moloſſus, i. *Pie de verſo de tres ſylabas largas*: ut Æneas. ¶ Moloſsicum, carmen ex Moloſsis conſtans, ut apud Diomedem, *lib.* 4. ex Cælio Baſſo: *Romani Gallis devictis ſunt victores.*

* Molocrum. Lignum quadratum eſt, Authore Feſto, quo veteres immolabant. Item illud quo molæ vertuntur. *El rodezno del Molino.* * Item, tumor ventris, qui etiam virginibus accidere ſolet, Molocrum vocatur. Afran.

Moly, indeclin. *Una hierba muy preciada contra los hechizos.* De ea Plin. *lib.* 25. *cap.* 4.

* Molybdæna, æ, quæ aliàs *Galena* vocatur. *Mina de plomo y plata.* Plin. *lib.* 37. *cap.* 18. ¶ Eſt etiam (ut idem aſſerit *lib.* 25. *cap.* 13.) genus herbæ ſic dictæ quòd commanducata plumbum oculorum vitium tollat. Alio nomine *Plumbago* dicitur.

Molybditis, idis, p. c. Argenti ſpuma, quæ fit ex plumbi fuſura. Plin. *lib.* 33. *cap.* 6.

Molyris, dis. Ariſtoteli, Locuſtæ genus, quæ frumenta depopulatur.

* Molyſa. Ab Hippocrate vocatur allii caput cum ipſa coma. *La cabeza de ajos.* Vide Ruell. *lib.* 2. *cap.* 85.

Momar: Siculi ſtultum vocant. Feſtus. Plaut. Quid tu, ò momar, Sicule homo, præſumis? Ubi non tantum *momar*, ſed & *Siculus*, pro ſtulto.

Momen, inis, i. e. momentum. Lucret. *lib.* 3. Momine uti parvo poſsint impulſa moveri.

Momentum, i, à Momen, & hoc à Moveo dicitur. *Momento, eſpacio de tiempo. Qualquiera peſo, ſea grande, ò pequeño.* Res parvi, vel magni momenti: id eſt, quæ magnum vel parvum pondus & vim habent. *De poca, ò mucha importancia.* ¶ Momentum, pro exiguo loci ſpatio, ſive intervallo. Plin. *lib.* 18. *cap.* 34. Sol autem quotidie ex alio cœli momento, quàm pridie oritur. *Quintil.* In parva momenta diducere corpus.

Momentaneus, a, um. *Coſa de un momento, momentanea.* ¶ Momentarius, quod in momento fit. D. Ambroſ.

Momentoſus, a, um. *Coſa de grande peſo, ò que importa.* Quintil. *declam.* 13.

Momento, as, are. *Enderezar y ajuſtar en un momento alguna coſa*: ut curvam regulam momentare. Cornutus *in Perſ. ſat.* 5. Non eſt in uſu.

* Momus: dedecus, ignominia, reprehenſio. Hinc Momus, *El Dios Momo, que no ſervia ſino de mirar con toda curioſidad y diligencia las obras de los demàs dioſecillos, y reprehender en lo que havian pecado por carta de mas, ò por carta de menos.* Nam *momos* Græcè reprehenſionem ſonat. Vide de eo fabulam apud Lucianum, *in Dialogo de hæreſibus.*

MONACHUS, i. Latinè Solitarius. *El Monge,* à Græc. *Monazein*, quod eſt, in ſolitudine vivere. Hinc

Monaſterium, ii. *El Monaſterio.* ¶ Monachium ii. *Lugar ò congregacion de Monges.*

Monialis, is, f. g. vel Monacha, æ. *Monja.*

* Monacus: vehiculi genus, ab uno iumento ducti. Gloſſ. A. L.

Monarcha, æ. Gr. *Monarches*, qui ſolus imperat. *El Monarcha.* * Monarchía, æ, cum accentu in penult. *La Monarchia*, Unus principatus, quam Suetonius appellat, Arbitrium orbis terrarum.

Monas, adis. Græc. à *monos* deducitur, & ſignificat unitatem. *El numero de uno, unidad.*

Monaulus. Tibia ſimplex: *monos* enim ſolus interpretatur, & *aulos* tibia. *Flauta de un cañuto.* Martial. *lib.* 14. Sæpè duas pariter, ſæpè monaulon habet. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56.

Monedula, æ, quaſi monetula, quòd monetas ſurripiat. *La Graja, ave conocida.*

* Monela: monitio. Tertull. ut ſequela, ſequutio.

MONEO, es, ere, ui, itum, priùs Meneo, à mens: hinc meniſcor. *Amoneſtar, aviſar, traher à la memoria de otro.* ¶ Moneris, pro Monueris, priſci dicebant. Nonius. * Monere aliquem aliquid, & de re aliqua, & alicuius rei dicitur. Cic. *in Catil.*

Monitum, ti. *Aviſo, amoneſtacion.* * Monitus, us. Monitio. Idem.

Monitor, oris. *El que aviſa, aconſeja, perſuade, ò es autor de algo.* * Monitores, etiam dicuntur, qui in iudicio ſubmiſſa voce oratorem admonent eorum quæ dicenda ſunt. Cic. *in Verr.* Item, *Los Muñidores, que tenian por oficio llamar à los votos à votar.* Cic. *pro Muræn.* * Etiam, *En las Farſas el Author, que llaman, el qual diſpone lo que ſe debe hacer: y el Apuntador.* * Etiam, *Los Cachicanes de la labranza, que cuidan de los obreros.* Colum. *lib.* 1. *cap. ult.*

Monitorius, a, um. *Coſa que amoneſta.* Gr. *parœneticos*: ut Liber monitorius. Senec. 2. *nat. quæſt.*

Moneres: navis quæ uno remorum ordine ducitur. Paſſerat.

Moneta, æ. *La moneda*: à monendo. *Porque en el ſello nos avi-*

aviſa lo que vale. Quo etiam nomine dicta eſt Juno Cic. 1. *de divinat.* * Moneta etiam, *El cuño para ſellar la moneda.* Paſſerat.

Monetalis, e. *Coſa perteneciente à moneda.* Apulei. * Monetales Triumviri. *Los Enſayadores de monedas.* Pompon. Juriſconſ. *lib.2. de orig. juris.*

Monetarius, a, um, & hoc Monetarium: locus monetæ; qui etiam dicitur hoc monetum. Vet. Vocab. *Caſa de la moneda.*

Monetarius, ii. *Fabricante de moneda.* Firmicus. Vopiſcus.

Monile, is, n. g. *Gargantilla de las doncellas*: à moneo dictum, quòd geſtantem virtutis admoneat. Hieronym. Ovid. 10. *Metam.* Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. ¶ Monile etiam dicitur quod ex equorum, aliorumve animalium collo dependet. Virg. *lib.* 7. Gell. *lib.*5. *cap.*5.

Monimentum. Vide *Monumentum.*

* Mono, quod in nonnullis vocibus ſequentibus Græcis legitur, eſt ex *monos*, ſolus, ſolitarius, unicus.

* Monobambylum: ſimplex conclave palatii ſecretius, in quo congregabatur Clerus Patriarcham novum electurus. *La ſala capitular, ò del conclave.*

Monóbeli: A Lamprid. *in vita Heliogab.* vocantur qui ſolo obelo, hoc eſt, longitudine conſpiciendi ſunt: quaſi ſint tantùm verua: *obelos* enim eſt veru.

Monóceros, otis. *El Unicornio*: animal unicum cornu gerens, quod & Unicornis appellatur. *Tiene cuerpo de caballo, cabeza de ciervo, pies de elefante, cola de javali, de horrendo bramido.* Plin. *lib.*8. *cap.*21.

* Monocherium, ii. Armilla unius brachi: ut dextrocherium. Gloſſ. *monocheria*, mamillares. Meurſius legit *manuales.*

Monochordum. *El Manicordio, ò Eſpineta.* Ita dictum, non quòd unam chordam, ſed quòd omnes chordas unius vocis habet, niſi panniculi nexu diſtinguantur.

Monochromata, um. *Pinturas de un ſolo color, como ſon hoy nueſtras eſtampas.* Plin. *lib.*33. *cap.*7. & *lib.*35. *cap.* 3. ¶ Monochromateus, a, um. *Coſa de eſtas pinturas.* Idem Plin. *lib.*35. *cap.* 5.

* Monoclônus, a, um. Pollux *lib.*4. *cap.* 9. tibiæ cantus ſimplex: *Klonos* eſt ſonus, ſtrepitus.

Monocolus, a, um. Græc. *monókolos, on*: unum membrum habens: *polykolos*, plura membra habens.

* Monoſcomum. *Carroxin de un ſolo caballo, ò mula.* Gr. enim *Koſmon* eſt jumentum. Meurſ. *Gloſſ. Gr. b.* Atque hinc *Coſmaticus. El alquiler de eſte genero de carruage.*

Monoculus, i. *El tuerto de un ojo, ò que ſolo tiene un ojo.* Onom. Vox compoſita ex Græco & Latino.

Monodus: qui ſolus canit, ſcilicet ſine choro.

Monodía, æ. cum accentu in penult. Cantus lugubris, qui fiebat à præfica in defunctorum funeribus. Huiuſmodi cantus etiam Nænia dicitur.

Monógamus, i. Unius uxoris vir. *El caſado una vez.* Unde & Monogamia. Hieronym.

* Mongamium, ii. Conditio monogami: unæ ſolæ nuptiæ: unam tantùm uxorem habuiſſe.

* Monogenion: herba eſt, quæ notiore nomine Pæonia appellatur. *Menogenion* ſcribendum eſſe ait Onomaſticum Brunſfelſii.

Monogrammi, homines macri, pertenues, & decolores. *Hombres deſcoloridos y macilentos.* Cic. 2. *de nat. deor.* Dii ab Epicuro Monogrammi dicuntur. Translatio ducta à pictura, quæ ſolis lineis rei ſimilitudinem exprimebat: quam Græci *monogrammon* vocant: & Plin. *lib.* 35. *cap.*5. Picturam linearem appellat. Nos verò, *El dibujo de la pintura ſin colores.*

* Monolithas columnas, hoc eſt ſolidas, non autem ſtructiles, vocavit Laberius apud Nonium Marcellum. Ipſæ conflatiles eſſe creduntur, ſive fuſiles, quod rei adauget miraculum molis tantæ magnitudinis.

* Monolium, pro monili, minus Latinè, ut adnotavit Egnatius, & Rhodiginus *lib.*47.

Monologion: ſermo per omnia ſibi ſimilis, vel eadem orationis facies, quum nulla varietate levatur tædium. Græca vox.

* Monolôres. Vopiſcus *in Aureliano*: Prægrandes veſtes ipſe primus militibus dedit, cùm antè non niſi rectas purpureas accepiſſent: & quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & uſque ad pentelores: quales hodie lineæ ſunt. Compoſitio facta eſt à lauro.

Monomachia, æ. *Combate entre dos ſolos.* Latinè Duellum, vel ſingulare certamen appellatur. ¶ Monomachi, orum: qui hoc certaminis genere congrediuntur.

* Monomœria: minuta partium. Scalig. *Menudencias.*

* Monopolium: ſemita anguſta, per quam uni tantùm patet acceſſus. Lex. Gr. b.

Monophagi, orum, qui ſeorſum cibum ſumebant. *Los que comen ſolos ſin compañia.* Athenæus. ¶ Etiam. *Los que comen ſiempre una miſma coſa.* ¶ Monophagia. *Eſte genero de vida y mantenimiento.* ¶ Monopodium, ii. *Meſa que ſolo tenia un pie en medio.* Liv. *lib.*9. *bell. Maced.* Monopodia & abacos Romam advexerunt.

Monopola, æ. *El que ſolo vende alguna mercaduria, poniendole el precio que quiere.*

Monopolium, lii. *Eſtanco de venta, que ſolo uno lo puede vender.* Sed iam Monopolium in re morali fit, cum mercatores conveniunt inter ſe, ut certo ſtatoque pretio omnes væneant merces, nulluſque minori divendat. Hiſp. *Monipodio.*

* Monopolium etiam. *El tributo que ſe dà al Principe cada año, por la permiſsion del Eſtanco de las mercaderias.*

* Monops. Feræ genus eſt, magnitudine tauri, quæ cum ab inſequentibus urgetur, acre & igneum ſtercus excernit, quod ſi in venatorum quempiam inciderit, mortem repentè affert. Ælian. *lib.*7. *cap.*8.

Monoptôton, p. p. Nomen quod unum ſolum habet caſum: ut Natu, *Aptota* verò dicuntur quæ ſine caſu ſunt, hoc eſt, *Nombres indeclinables.*

* Monoſceli: homines Indici ſingulis cruribus, *ſchelos* crus dicitur. Vide Plin. *lib.*2. *cap.*2.

* Monoſticus, a, um, uno ordine conſtans, uno verſu.

Monoſtichon: unus verſus.

* Monoſtrophus, a, um: unam tantum habens ſtrophen, i. e. converſionem. Vet. Voc. Monoſtrophus dicitur Oda illa, quæ tantùm unam metri varietatem habet. Vide *Strophe.*

Monoſtylus, a, um: unam columnam habens. *ſtylos* eſt columna. *Coſa de una columna.*

Monoſyllabus, a, um: unam ſyllabam habens. *Nombre de una ſylaba ſola*, ut Nox.

* Monoteſſaron: unum ex quatuor.

* Monotonus: qui uno tantum tenore progreditur.

* Monotrophus: qui ſolus paſcitur.

Monoxyla, orum. *Canoas, ò navichuelos de un madero.* Plin. *lib.*6. *cap.*23. Strabo *lib.*3.

* Monoxylus, a, um: unico ligno conſtans.

MONS, tis, m. g. *Monte, ò montaña.* Translatè, pro omni eo quod eminet: ut dixit Virgil. Præruptus aquæ mons. *Un monte de agua deſgajado.* Perpetui montes *La cordillera de tierras.* Montes aureos polliceri, Hyperbole de iis qui immenſa promittunt. *Prometer montes de oro.*

Monticulus, i, dimin. *Montecillo.*

Montanus, a, um. *Coſa de montaña. Montañeſa, ò Montañès, que mora en los montes.*

Montoſus, a, um. *Coſa montuoſa.* Pro eodem accipitur mon-

montanus apud Plin. *lib.*5. *cap.*27. ¶ Monticola, *Que mora en los montes.* * Montigena : in monte genitus. * Montivagus. *Que vaga por los montes.* Cic.5. *Tusc.*

MONSTRO, as, are, à Moneo. *Mostrar, demonstrar, declarar, enseñar.* ¶ Monstratio, nis. *Demonstracion.* Terent. *Adelph.* ¶ Monstratus, us, pro demonstratione. Senec. *de Conf. ad Martiam.* ¶ Monstrator, is. *Demonstrador.* Virg. 1. *Georg.* ¶ Monstrabilis, e. *Digno de mostrarse.* Plin. *Epist.*107.

MONSTRUM, i. *Monstruo, prodigio que algo pronostica:* à monstrando. ¶ Monstrum generali significatione est aliquid visendum, seu notabile, quod monstratur.

Monstrosus, a, um. *Cosa monstruosa fuera del orden de la naturaleza.* Cic. ¶ Monstruosus, a, um. Sueton. *in Calig. cap.*16. Monstruosæ libidinis Spinthria. ¶ Monstrosè, adverb. *Monstruosamente, contra naturaleza.* Cic. *de divinat.* ¶ Monstrifer, a, um. *Cosa monstruosa;* ut Effigies monstriferæ. Plin. *lib.*6. *cap.*30. ¶ Monstrificabilis, e : idem quod monstrifer. Lucilius. ¶ Monstrificus, a, um. *Monstruoso* : ut, Monstrificum hominum ingenium, Plin. *lib.*21. *cap.*5. ¶ Monstrificè, adverb. *Monstruosamente.* Plin. *lib.*28. *cap.* 11.

Montanus, Montigena, Montivagus, Montosus. Vide *Mons.*

MONUMENTUM, ti, vel Monimentum : dicitur quidquid nos monet, ut tituli, sepulchra, statuæ, fana, porticus, carmina, historiæ &c. *Monumento, lo que nos despierta la memoria de alguna cosa señalada* : ut Sepulchrorum monumenta. Antiquitatis monumenta. *Monumentos de la antiguedad.* ¶ Monumentarius, a, um. *Cosa de monumento, ò memoria.* Apul.

MORA, æ. *Tardanza, dilacion, ò espera de tiempo.*

Morula, æ, dimin. *Poca tardanza.* Aug. *lib.*11. *Confes.* * Moramentum, i, idem quod Mora. Apul. *in Florid.*

Morator, oris. *Retardador, que dà largas.* Liv. * Moratorius, a, um. *Cosa que dilata, y retarda* : ut Moratoria cautio apud I Conf.

Mora vaticana : à Romanis vocatum fuisse rubi fructum, author est Dioscorid. *l.*4. *cap.*35.

* Moracii: sunt morosi, & anxii & iracundi, difficiles senes : ut quidam moraceas nuces, duras esse dixerunt : à quo fit Moracillum, h. e. duriusculum.

Moralis, Moratus. Vide *Mos.*

MORBUS, i. *La dolencia, ò enfermedad* tam corporis, quàm animi. * Morbus maior. Celso *lib.*3. *cap.* 23. Comitialis, id est magnus, & sacer Hippocrati, Tralliano Caducus : Herculeus, infantilis Lucretio : Sonticus Gellio : fœdus Galeno 3. *de loc. affect. Gota coral.*

Morbidus, a, um. *Cosa enfermiza, ò enferma.* Plin. *lib.*8. *cap.*28. * Morbificus, a, um. *Cosa que causa enfermedad.*

* Morbilli, orum. *Malecillos ligeros.* Græc. *enthymata.*

Morbosus, a, um. *El que està mal sano, mal aparatado.* Gell. *lib.*4. *cap.*2. Varro *lib.*2. *cap.*1. Morbosum pecus & vitiosum. *Ganado enfermizo.*

* Morcusus, supercilios us. L. g. b.

MORDEO, es, momordi, & memordi Gell. *cap.*9. *lib.*7. & olim morsi, morsum. *Morder.* Translatè, lædere, obtrectare. * Item pungere, sive dolore afficere, Cic. Valdè me momorderunt Epistolæ tuæ de Attica nostra. * Herba quoque dicitur mordere, i. e. sapore acri pungere.

Morsus, part. *Mordido.* * Morsus, us, *Mordisco, bocado, ò mordedura.* * Morsus etiam pro dolore & ægritudine. Cic.3. *Tusc.* Itaque & dolor corporis, cuius est morsus acerrimus perferetur spe proposita boni. * Et pro detractione. Horat. 1. *Epist.*

Morsiuncula, æ. *Pequeño mordisco.* Plaut. * Item morsus pro conjunctione & nexu, ubi lorica cum fibulis connectitur. Sil. *lib.*7.

Mordax, cis. *Cosa que tiene aspereza, ò mordacidad, que muerde, ò punza.* Plin. *lib.* 16. *cap.* 24. Mordacia sunt quibusdam folia, ut urticis. ¶ Mordax homo, detractor. *Hombre mordaz.* Horat. 1. *Serm. sat.* 4. Et Mordacissimus, superlat. Plin. *lib.*17. *cap.* 19. * Mordacitas, tis. *Esta aspereza.* Plin. *lib.*12. *cap.*15. Iis omnibus foliis inest aculeata mordacitas.

* Mordices, um: dentes quibus mordemus. Plaut. *Aulul. sc.*2. *act.* 2. Asini me mordicibus scindant.

* Mordicus, adv. *A bocados.* Etiam, *Con pertinacia* : ut Mordicus tenere. Cic.4. *de finib.*

Mordico, as. *Causar dolor como de mordedura.*

* Morsicatim, adv. *Mordiendo.* Nonius.

* Mordritus, vel Mordretum. Vox Germanica, quæ significat latrocinium. Chiffl.

* Morella : in officinis vocatur Solanum hortense. *Hierba mora.* Lagun.

Moretum, ti. *Almodrote compuesto de varias cosas.* Virg. Moretum.

* Morganatica : nuptiale donum. Vox Germana corrupta apud Feudistas. Hotomanus docet esse matutinum munus. Id erat quod sponsus die nuptiarum sponsæ mane salutatæ coram propinquis & amicis ante convivium nuptiale donabat.

* Moria : stultitia. Vox Græca.

* Moriones : Stulti, Principum delitiæ. *Bufones.* Martial. *lib.* 8.

* Morion : lapidis pretiosi nomen. Plin. *lib.* 37. *cap.*10. Morium Indica, quæ nigerrimo colore translucet, vocatur Pramnium : in qua miscetur & carbunculi color.

Morior. Vide *Mors.*

* Mormyra. Piscis est marinus, variis coloribus pictus, cuius meminit Ovid. referente Plinio *l.*32. *cap. ult.*

* Morochthus. Lapis est in Ægypto nascens, quem nonnulli à lacteo colore Galaxiam, & Leucographia appellant. Utuntur eo linteariorum officinæ ad candorem vestium, propterea quòd mollis sit, & facillimè diluatur. Author Dios. *lib.*5.

MOROR, aris. *Detener, hacer aguardar à otro.* Plaut. *in Epid.* Nihil ego te moror. Quintil. Quid moraris ab euntem? Etiam, *Esperar, aguardar.* Lentulus *Senatui inter Epist. Cic.* Diutius morari, aut expectare præsidium non necesse habui. Nihil hoc Curionem morabatur ab spe &c. Morari belli celeritatem. *Entretener la prisa de la guerra.* * Aliquando accipitur pro curo, vel laboro. Plaut. *in Aulul.* Nihil moror quæ in servitutem sumptibus redigunt viros. *Ibid.* Nihil moror istas magnas dotes dapsiles, i. e. nihil curo, nihil facio. ¶ Item pro hærere, dubitare. Virg. 2. *Æneid.* Quidve moror, si omnes uno ordine habetis Achivos. * Morari, primâ productâ apud Sueton. *in Neron. cap.*33. pro insanire, desipere, *Hacer boverias.* Desiisse Claudium inter homines morari : nam Græci *môron* stultum vocant & fatuum. * Dicitur & Moro, as, are. Diomedes *lib.* 1. ex Pacuv. Paucis absolvit, ne moraret diutius.

Morosus &c. Vide *Mos.*

* Mormoliceum : terriculum : à Græco *mormolapto*, terreo.

* Mormyra piscis. Plin.

* Morochthus : lapis quidam Ægyptius, alio nomine Galaxias, & *Leucographis* ; eo utuntur ad dealbandas vestes.

* Môros : Lat. Stultus. *Loco, bovo.* Plaut. *in Trin.* Amor mores hominum moros, & morosos efficit. A quo morari verbum primâ longâ.

* Mo-

* Morologus, i. *El que habla boveriat.* * Unde & ſermones ſtulti *morologiæ* vocantur, & qui periphraſticôs Morologi ſermones appellantur à Plauto *in Pſeud.* Nec moleſtum eſſe, nec ſermonibus morologis : *moros* enim ſtultus, *logos* ſermo. Plaut. *in Perſa*, Morologus fio: h.e. ſermone ſtulto uti incipio.

Moroſus. Vide *Mos.*

* Morphêus, i, pp. *El que cauſa las peſadillas.* Ovid. 11. *Metam.*

Morphnus, i. Aquilæ genus, circa paludes & lacus vitam præcipue agens : ab Homero Percnos, ab aliis etiam Plancus, & Anataria appellatur. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 3.

MORS, mortis. *La muerte.* Græcè *Thanatos.* * Legitur nonnunquam in num. plur. Mortes. Cic. 2. *de finib.* Præclarè mortes ſunt imperatoriæ, &c.

Morior, eris, & iris, mortuus. *Morir.* ¶ Mori morte, eſt certò mori. * Mori alicui rei in divinis litteris, eſt perinde non affici eâ, atque ſi mortuus eſſes. ¶ Moriar, jurandi verbum, quemadmodum Diſpeream. Cic. *ad Attic. lib.* 8. * Moritur dies, i. e. occumbit. Papinius. Iam moriente die rapuit me cæna benigni Vindicis.

Mortuus, partic. *Muerto.* Vnde Mortuo verba facere, pro fruſtra ſuadere, vel orare, perinde quaſi mortuo quis loquatur. Plaut. *Pſeud.*

Moribundus: Morti vicinus. *El moribundo.* Liv. *lib.* 6. *bell. Punic.*

Mortalis, e, qui morti ſubjectus eſt. *Mortal, ò que puede morir.* * Cic. Mortalis, ſubſtant. pro homine. *Hombre mortal.* Saluſt. Cic. 7. *Verr.* Itum paucis horis primæ actionis omnium mortalium ſententiis condemnavi. Mortalior, comparativum. Plin. *lib.* 34. *cap.* 14. Eademque providentia nihil in rebus mortalius faciente, quàm quod infeſtiſsimum mortalitati.

Mortalitas, atis. *Condicion de morir, mortalidad.* Etiam pro hominibus mortalibus. Plin. *lib.* 2. *c.* 76. Mortalitas ipſa invenit ſibi medium quiddam &c.

Mortifer, ſive Mortiferus, a, um. *Que trae la muerte, mortifero.* Plin. Cic. Celſus *l.* 5. *cap.* 16. Muſculus percuſſus mortiferus eſt. * Mortiferè, adv. *De muerte.* Ægrotabat mortiferé. Plin. *Epiſt.* 60.

Mortuale, is. Quod ad mortuos pertinet. *Coſa de muertos.* Plaut. *in Aſin.* * Mortuarius, a, um. Idem. Gell. *lib.* 18. *cap.* 7.

Morticînus, a, um, p. p. quod eſt exangue, corruptum, & ſponte ſua mortuum. *Coſa de muerto, corrompida,* ut morticina *caro.* Varro.

* Morticini, clavi dicuntur pedum, quòd velut morticina caro ſit, quam Græci *rhneſimæon* vocant. *Callos de los pies.* Plin. *lib.* 22. *cap.* 23.

Morſicatim, Morſiuncula, Morſus. Vide *Mordeo.*

Mortarium, ii. *El mortero para majar.* ¶ Mortariolum, diminut. *Pequeño, mortero, ò almirèz.* Hieronym. *in Numeris.* ¶ Mortarium, *Mortero, ò pila de cal y arena para fabricar.* Vitruv. *lib.* 7. *cap.* 3.

Morticinus, Mortifer, Mortualis. Vide *Mors.*

Morus, a, um: id eſt Stultus, a, um. Plaut. *in Mil. ſc.* 1. *act.* 3. Morus es. Et *Men. ſc.* 2. *act.* 4. More moro utimur maximè.

Morus, i, f. g. *El Moral.* Græc. *Morèa, ſycaminèa.* * Morum, i. *La fruta, que es la mora.*

MOS, moris, m. g. *Coſtumbre, maña, uſo, ò manera.* Græc. *ethos.* ¶ Mores plurali numero, Græc. *tropœ*: conſuetudo cuipiam familiaris, & in habitum recepta, à qua bene vel malè morati dicimur : eſt enim vocabulum medium, quod tam in bonam, quàm in malam partem accipitur.

Moratus, a, um. *Acoſtumbrado.* Plerumque in bonam partem. Bene moratus. *Bien acoſtumbrado.*

Moralis, e. Ad mores pertinens. *Coſa perteneciente à coſtumbres, moral.* * Moralitas, tis. *Moralidad.* Gr. *ethopœa.* Macrob. Saturn. *lib.* 5. *cap.* 5.

Morigeror, aris. Morem gero. *Obedecer, complacer, dàr guſto à otro.* Cic. * Morigero dixit Plaut. *in Amphit.*

Morigeratio, nis. Gr. *hypokoe*, quaſi obedientia. Nonius *cap.* 1. Morigerè. Gr. *peithenios.*

Moriger, a, um, & Morigerus, p. c. *Coſa obediente à otro, que le dà guſto.* Plaut. *in Caſina.*

* Moroſis. Vitium principalis animæ facultatis, non modò memoriam, verum etiam uſum rationis imminuens. Vox Græca. *Moroſidad, ò peſadez.*

Moroſus, a, um. *Canſado, impertinente, eſcrupuloſo, enfadoſo, intratable.* Ut Senectus moroſa. ¶ Morosè, adverb. *Impertinentemente. Canſadamente.* Moroſiſsimè. Sueton. *in Aug. cap.* 66.

Moroſitas, atis. *Impertinencia, peſadèz, eſcrupuloſidad en las acciones.* Cic. *de ſenect.*

* Moroſus aliquando barbarè à mora. Ita Gabriel *diſt.* 15. *q.* 14. *dub.* 3. *lib.* 4. Moruſus dicitur qui non tradit rem, quam tradere tenetur, licèt eam tradere intendat. Paſſerat.

* Morphæa : quædam infirmitas, ſcilicet quando aliquis mutatur in alium colorem, & dicitur à *morphe* mutatio. Vet. Voc. imò *morphe* eſt forma: ergo à formæ mutatione. Chiffl.

Moſcharium : vitulus. L. g. b.

Moſchatula pyra. *Peras moſcateles* : ſic dicta, quòd moſchi odorem referant. *Sipontin.*

Moſchus, i. Animalculum ſimilitudine muris. *El almizcle, animal.*

* Moſcheuton. Roſæ genus, è caule malvaceo fuſum, folia habens oleacea. Plin. *lib.* 2. *cap.* 4.

Moſchus, græca vox, eſt vitulus, *El becerro.* Item metaphoricè, tenellus ramus. *El pimpollo.*

Moſchus : vox exotica. *El almizcle, olor.*

Motacilla, æ. Avis ſemper movens caudam. *La pezpita, ò aguzanieve.* Vulgò *Cauda tremula.*

* Motaciſmus eſt, quoties in *m* literam vocalis ſequitur: ut bonum avum, juſtum amicum. Iſid. *lib.* 1. *cap.* 31.

Motabilis, Motus. Vide *Moveo.*

MOVEO, es, ere, movi, motum. *Mover apartar.*

* Motum. Gr. *motòs* vel *motòn*: linamentum vulnerarium. *Las hilas para curar heridas.* Chiffl.

Motus, a, um, part. *Movido, apartado.* ¶ Motus, us, ui, ipſa motio. *Movimiento.* ¶ Motio, nis. *Mocion, commocion, perturbacion*: ut Motio febris. Celſ. ¶ Motiuncula, dimin. Senec. *de tranq. vitæ cap.* 2. ¶ Motor, oris. *Movedor, ò motor.* Martial. *lib.* 11.

Moto, as, are, frequentat. *Mover muchas veces.* Motandi corporis gratiâ ſpatiamur, aut vectamur. Gell. ¶ Motuantur, pro mutantur, dixit Plaut. *in Truc.* Næ ut in æſtu motuantur iræ.

Mobilis, e. *Lo que facilmente ſe mueve, vario, è inconſtante*: ut Mobili animo eſſe. ¶ Mobilitas, atis. *Facilidad de moverſe.* Virg. Mobilitate viget. ¶ Etiam, *Inconſtancia, ligereza de animo.* Cic. 7. *Philipp.* ¶ Mobiliter, adv. *Ligera, inconſtantemente.* Cic. 2. *de nat. deor.*

Mobilito, as, are, frequent. obſoletum verb. *Agitar, hacer movible.* Lucret. *lib.* 3. Nonius *cap.* 4.

* Movita : malitia, *in ll. barbar.*

Mox, adv. à moveo. *Luego, de alli à poco.* ¶ Mox, pro deinde, Plin. *Deſpues.* ¶ Quam mox. *Quan preſto.* Terent. *in Phorm,* Dum expecto quàm mox veniat.

M U

* Mu, particula terrorem ſignificans. Plaut. *in Cæco.* Hinc Mu facere, pro mugire. Lucil.

* Mu, minimum aliquid ſignificat. Varro *lib.* 1. *de* L. *L.* ¶ Idem *Mut facere.* Dicitur proverbialiter de filiis, qui præ nimia timiditate ne mutire quidem audent.

Mucor, oris. *El mohо.* Græc. *auchmos.* ¶ Mucidus, a, um. *Mohoſo.* ¶ Mucoſus. *Lo miſmo.*

MUCEO, es, ere, mucui. *Enmohecerſe.* Cato *de re ruſt.* Vini ſingulæ urnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat. Hinc Muceſco, is. Plin. *lib.* 18.

MUCRO, nis. *La punta de qualquier arma, como eſpada, ò lanza.* ¶ Figuratè, pro enſe: ſicut Tectum pro domo. ¶ Etiam ſumitur pro ſummo cuiuſvis rei acumine. Unde apud Plin. herbarum, dentium, unguium mucrones dicuntur. ¶ Mucronatus, a, um. *Coſa puntiaguda*: ut roſtrum mucronatum. Plin. *lib.* 32. *cap.* 2.

* Mucula: Perſarum lingua vocatur gemma, cordis colorem habens: unde & Telicardios appellatur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

* Mucus (quod & Muccus) à Mugo, is, pro quo nunc Mungo dicitur. *El moco de las narices.* Catullus. ¶ Mucoſus, a, um. *Mocoſo, lleno de mocos.* Colum. *lib.* 6. *cap.* 7. ¶ Mucculentus: mucci plenus.

* Muccinium, ii. *Pañuelo de los mocos.* Vulgò minus appoſitè *ſudarium.* Eraſmo *Strophiolum.*

* Muſa: idem quod mucus, vel mucor. Vocab. Vet.

* Muffula: vox à Gallis ſumpta: hibernæ manicæ, chirotecæ hibernæ.

* Muger: mucoſus. Feſtus. Muger dici ſolet à caſtrenſibus, quaſi mucoſus is, qui talis malè ludit.

Mugil, mugilis, vel Mugilis, is. *El pez mugil*, quaſi maximè agilis. Genus piſcis capitoſi. Ælian. *lib.* 12. *cap.* 17.

MUGINOR, aris. *Murmurar entre dientes, refunfuñar.* Nonius. ¶ Muginatur: cauſſatur. Plin. *in Præfatione.* ¶ Feſtus: *Muginari* eſt nugari, & quaſi tarde conari.

MUGIO, is, ire, ivi, itum, *Bramar como buey.* Factitium verbum à voce boum. Ovid. 3. *Triſt. Eleg.* 11. ¶ Mugire tonitrua. Lactant. *lib.* 7. ¶ Mugitus, us. *El bramido del buey.* Mugitus nemorum. *El ruido de los boſques*, Plin. *lib.* 18. *cap.* 35.

Mula, Mularis. Vide *Mulus.*

MULCEO, es, es, ere, mulſi, mulſum, & ulctum. Lenire, mollire, mitigare, delectare. *Ablandar, regalar, halagar, aplacar.* Virgil. *lib.* 1. Dictis mœrentia pectora mulcet. ¶ Mulcedo, nis. *Eſte regalo, y alago.* Gell. *lib.* 19. *cap.* 9.

Mulciber, eris, & per ſyncopen Mulcibris. *El dios Vulcano.* Cic. 2. *Tuſc.*

* Mulco, as: pugnis calcibuſque afficio. Gloſſ. Arab.

Mulcta. Vide *Multa, a.*

Mulctra, Mulctrale. Vide *Mulgeo.*

MULGEO, es, ere, mulſi, vel xi, lſum, & mulctum. *Ordeñar.* ¶ Mulgere hircos, prov. de re palam abſurda. Virg. *Ecl.* 2.

Mulctra, æ, & Mulctrum, i. *El tarro, ò herrada para ordeñar.*

* Mulctrale, is. *Lo miſmo.* Virg. 3. *Georg.* Implebunt mulctralia vaccæ.

* Mulctus, us, verbale. *La ordeñadura.* Varro *lib.* 2. *cap.* 11. Sed horum ſunt diſcrimina quædam, & à paſtionibus, & à pecudum natura, & à mulctu. De lactis loquitur diſcriminibus.

* Mulgo, as, are, à quo Dimulgo, & Promulgo. *Manifeſtar, divulgar.* Plaut. *in Ciſt.*

MULIER, eris. A mollitie dicta, ut inquit Varro. *La muger.* Etiam aliquando pro Uxore ponitur, apud Scævolam *in l.* 93. *D. de leg. & fideic. l.* 32. ¶ Muliercula, æ, dimin. *Mugercilla.* Cic. 5. *Tuſc.*

* Muliebria, ium, plur. num. *El menſtruo, ò abaque ordinario de ellas.* Muliebria pati. De impudititia flagitioſa & deteſtabili, quam damnat Apoſtolus *Rom.* 1. *& Cor.* 6.

Muliebris, e. *Coſa mugeril.* Plaut. Muliebris malitia. ¶ Muliebriter, adv. *Afeminadamente, como muger.*

Mulieroſus, i. *Dado à mugeres, Mugeriego.* Cic. *de fato.* Aliquando pro effœminato. Plaut. *in Pœnul.* Sanè genus hoc mulieroſum eſt tunicis demiſsitiis. *Coſa mugeril es traer faldas largas.* ¶ Mulieroſitas, tis. *Vicio de mugeres, amor deſreglado de las mugeres.* Cic. 3. *Tuſc.* ¶ Mulierarius, ii. *Dado à mugeres.* Jul. Capitolin.

Muliero, as, are. *Afeminar, debilitar, hacer mugeril.* Varro apud Non. Hic ephebum mulieravit.

Mulio. Vide *Mulus.*

Mullei calcei. *Zapatos de los Reyes de Albania de color de purpura.* Vopiſcus *in Aureliano.*

Mullo, as, are. Antiquum verb. à Græco *mullein*, quod ſuere ſignificat.

* Mullotes: mutus. Lex. gr. b.

MULLUS, i, per duplex ll. *El barbo pez.* Gr. *trigla.* Cic. *in Paradox.* ¶ Mullulus, i, dimin. *Barbito.* Idem *Ibidem.*

MULSUM, ſi. *Bebida compueſta de vino y miel. Claréa.* Gr. *oinomeli.* Plin. *lib.* 22. *cap.* 24. ¶ Mulſeus, a, um. *Coſa que ſabe à eſta bebida, coſa dulce.* ¶ Mulſus, a, um. Gr. *hydromeli. Coſa que tiene mezcla de miel*: ut Aqua mulſa. *La aloja.* Plin. *lib.* 21. *cap.* 24. ¶ Mea mulſa, dixit Plaut. *in Caſin.* blandientis affectu, pro eo quod eſt, Mea ſuavitas.

Multa, æ. *Pena, ò condenacion en dinero, ò coſa que lo valga.*

MULTO, as, *Condenar, multar, caſtigar.* ¶ Interdum, voti compotem facere. Nævius *apud Non.* Vobis quidem gratias ago, cum votis me multatis meis. *Os doy gracias porque me condenais con lo miſmo que yo deſeaba.* ¶ Etiam pro male tractare. Colum. *lib.* 1. *cap.* 2. Nam illud vetus eſt Catonis, Agrum peſsimè multari, cuius dominus quid in eo faciendum ſit, non docet, ſed audit villicum. ¶ Multare matrimonio, eſt repudiare coniugem, & divortium facere. Plaut. *in Amph.* ¶ Multatus eſt, pro multavit. *Sueton. in Aug. cap.* 21. Neque unquam rebellantes graviore multatus eſt pœna, quàm &c.

Multatitius, a, um. *Coſa de multa, dinero de las multas.* Multatitia pecunia. Liv. *l.* 10. *ab Urbe.*

Multatus, a, um, part. *Multado, caſtigado.* ¶ Multatio, nis. *Multa, condenacion.* Cic. *pro Rabir.*

MULTUS, a, um. *Mucho en todo genero de coſas.* Multæ antiquitatis homo. Gell. Multam ſalutem tibi me iuſſit dicere. Plaut.

Multa ea de re opinio: i. e. varia. Gell. ¶ Multus in opere, *Metido continuamente en la obra.* Saluſt. Multus, in eo fuit, ſive in ea re. *Puſo en ello todo ſu cuidado y aplicacion.* Cic. ¶ Multo die. *Entrado yà mucho el dia.* Cæſar. 1. *bell. Gall.* Multa nocte. *Muy de noche.* Multo mane. *Muy de mañana.* Cic.

Multò tanto: ea forma dicitur, qua altero tanto. *Otro tanto.* Plaut. *in Rud.* Ego multo tanto miſerior quàm tu, ¶ Multus, pro multiplici. Plin. *lib.* 19. *cap.* 3. Radice multa craſſaque.

Multùm, adv. *Mucho.* Multùm admodum. *En gran manera.* Multùm vale. *A Dios, que os dè mucha ſalud.*

Multò, adverb. *Mucho mas*: ut Multò magis, multò maximè. Multò aliter, vel multò ſecùs. *Muy de otra manera, ò muy al contrario.* Multò ante, Multò poſt, *Mucho antes, Mucho deſpues.*

Multitudo, nis. *Multitud, muchedumbre.* Cic.

Multiangulus, a, um. *Coſa de muchas eſquinas, ò de muchos angulos.* Lucr. *lib.* 4.

* Multeſimus, a, um. Unum è multis. Latinis veteribus erat pars multeſima, id eſt, pars minima. Lucret. *lib.* 6.

Multibarbus, a, um. *Muy barbado, de mucha barba.* Apul. *in Florid.*

Multibibus. *Gran bebedor.* Lena multibiba, atque merobiba. Plaut. *Curcul. Sc.* 1. *a.* 1.

Multicavatus, a, um. *Coſa con muchos abujeros.* Varro 3. *de re ruſt. cap.* 16. ¶ Multicavus, a, um. Idem. Ovid. *lib.* 8. *Metam.*

Multicaulis, e. *Coſa de muchos tallos.* Plin. *lib.* 21. *cap.* 16. Quædam in iis multicaulia, ramoſaque ſunt, ut carduus.

Multicolor, iis, omnis gen. *Coſa de muchos colores.* Plin. *lib.* 17. *cap.* 10. Gell. Sicuti multicoloria, multiformia dicimus.

Multifacio, is, ere, eci, actum. *Eſtimar en mucho.* Sicut Magnifacio, & Parvifacio. Cato. Neque fidem, neque jusjurandum, neque pudicitiam multifacit. Feſtus.

Multifarius, a, um. Varium, quod multis modis poſsit dividi; vel quod eſt ex multiplicis ſpecie. *Coſa de diverſas ſuertes, ò maneras.* Gell. *lib.* 5. *cap.* 9. Militares coronæ multifariæ ſunt. ¶ Multifariè, adverb. *Variamente, de varias maneras.* Cic. *de orat.* Sueton. *in Calig. cap.* 18. Multifariam, Idem. *ab Hebr.* 1.

Multifer, a, um. Multa ferens. *Coſa fertil.* Plin. *lib.* 16. *cap.* 8. Tam multifera ſunt, & tot res præter glandem pariunt robora,

Multifidus, a, um. *Coſa hendida en muchos pedazos.* Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Cornua nulla quibus multifidi pedes. ¶ Iſter multifidus. Lucan. *lib.* 3. *El rio Iſtro de muchos brazos, ò ſangrias.*

Multiforis, e, quod eſt multorum foraminum. Et Multiforus, pro eodem. *De muchos abujeros.* Plin. Specus multifores. *Cuevas de muchas concavidades.* Multifori tibia buxi. *Flauta de muchos abugeros.* Ovid. *lib.* 12. *Metam.*

Multiforatilis, idem quod multiforis: ut Tibia multiforatilis, apud Apul. *in Florid.*

Multiformis, e. *Coſa varia, de muchas formas*; ut Multiformes nuces, apud Colum. *lib.* 8. *cap.* 9. & Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Oculi contuitu multiformes. *Ojos que miran de muchas maneras.* ¶ Multiformiter, adverb. *En muchas formas, de muchos modos.* Multiformiter diſſerere. Gell. *lib.* 9. *cap.* 5.

Multigeneris, e. *Coſa de muchos generos, ò eſpecies.* Plaut. *in Capt.* Multis & multigeneribus opus eſt tibi militibus.

Multígenus, a, um. *Coſa de muchos generos.* Plin. *lib.* 11. *cap.* 1. Multigena terreſtrium volucrumque vita.

Multijugus, a, um, & Multijugis, e, quod eſt multiplex, varium, multum & numeroſum. *Coſa de varias y diverſas ſuertes, numeroſa*: ubi jugus nihil ſignificat. Cic. *ad Attic.* Multijuges litteras accepi. Gell. Multijuga pactio. Multijuga dona. Multijuga diſputatio *lib.* 14. *cap.* 2. & *l.* 11. *cap.* 16.

Multiloquus. *El que habla mucho.* Plaut. Multiloquum & glorioſum coquum.

Multimodus, a, um. Multiplex, varius. *Coſa de muchas maneras.* Livius. Opidani multimoda arte diſtineri cæpti ſunt.

Multímodis, adverb. *De muchos modos.* Apud Lucretium ſæpius, ſicut *omnimodis.*

* Multínodus, a, um. Apul. *lib.* 5. Colubrum multinodis voluminibus.

* Multinominis, e. Apul. *lib.* 11. Deæ multinominis, divinis imperiis.

Multínuba, æ: qui, vel quæ multis nupſit. Cornutus *in Perſ. ſat.* 1.

Multinûmus, a, um. *De mucho dinero, y provecho.* Varro 3. *de re ruſt. cap.* 17. Ego uno ſervulo, hordeo non multo, aqua domeſtica meos multinûmos alo aſinos: id eſt, quorum operâ multos paro numos.

Multipartitus, a, um. *Dividido en muchas partes.* Plin. *lib.* 6. *cap.* 19.

Multipes, edis, vel Multipeda, æ, qui & Centipeda, & Millepeda appellatur. *El cientopies guſano.* Græcè *oniſkos.* Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. & *lib.* 29. *cap.* 6.

Multiplex, cis, omn. gen. Varius, involutus, multas plicationes habens. *Coſa varia, y de muchas y diverſas coſas compueſta.* Sueton. *de Clar. Grammat.* Multiplici variaque doctrina cenſabatur. Multiplex paupertas. Plaut. *in Epid.* ¶ Multipliciter, adverb. *De muchas maneras.* Plin. Et Multiplicius, comparat.

Multiplicabilis, e. *Lo que ſe puede multiplicar.* Cicer. 2. *Tuſc.*

MULTIPLICO, as, are. *Multiplicar, acrecentar, aumentar.* Cogetur & vires multiplicare ſuas. Ovid. 1. *Triſt. Eleg.* 1. ¶ Multiplicatio, nis. *Aumento, multiplicacion:* ut Multiplicatio frugum, Colum. *l.* 3. *cap.* 2.

Multipotens, tis, omn. gen. *Muy poderoſo.* Plaut. *in Bacchid.*

Multiſcius. *Muy docto, que ſabe mucho.* Homerus multiſcius, Apulei. *in Apologia.*

Multiſonorus, a, um. *Coſa que tiene diverſos ſones.* Claud. ¶ Multiſonus. Idem. Martial. *lib.* 1.

* Multitia, orum. *Telas muy delgadas de ſeda. Tafetanes.* Juvenal. Cum tu multitia ſumas.

Multivagus, a, um. *Que anda vago por muchas partes.* Plin. Multivagus lunæ curſus, apud eundem *lib.* 2. *cap.* 10. *El vario curſo de la Luna.*

* Multívius, a, um. Apul. *lib.* 9. Complurium iumentorum multivii circuitus. *Los varios caminos y rodeos de los jumentos.*

Multivolus, a, um. *Que quiere y deſea muchas coſas.* Multivola eſt mulier. Catull.

* Multopere, ea forma dixit Plaut. qua Magnopere in Merc. *Mucho, grandemente.*

Plus & Plurimus. Vide in litera *P.*

MULUS, i, per ſimplex l. *Mulo, macho, hijo de aſno y yegua.* Plin. *lib.* 8. *cap.* 44.

Mulicurius, qui mulos curat. Meurſ. in Gl. gr. b.

Mula, æ, f. g. *La mula.* Plin. *lib.* 8. *cap.* 44. ¶ Mularis, e. *Coſa perteneciente à mulo, ò mula.* Colum. *lib.* 6. *c.* 27.

Mulio, nis. *Arriero, ò mozo de mulas.* Juvenal. *Sat.* 3. Etiam, *Un genero de moſquitos*, fortè, *Moſca de burro.* Plin. *lib.* 11. *cap.* 18. E culicum genere, qui vocantur Muliones. * Mulionius, a, um. *Coſa de arrieros*: ut Mulionia veſtis. Cic.

* Mumia, æ. Caro humana balſamo condîta: item alia quæ quidem non mortua, ſed occiſa ſanandi vim habet. *Momia.* ¶ Etiam Chymicis *Mumia* eſt balſamum, ſeu ſeminalis humor. Paſſerat.

* Muna: munera militibus data. Gloſſ. Iſid.

* Mundicina: mundities. Apul. *in Apolog.* Mundicinas dentium.

MUNDUS, a, um. *Coſa limpia, aſſeada, terſa.* Munda ſupellex, Horat. ¶ Mundulus, a, um, diminut. *Atildado, pulidito.* Plaut. *in Truc.* Nunc ego iſtos mundulos urbanos amaſios hoc ictu exponam.

Mundus, i, ſubſtantiv. *Atavios y aparatos de las mugeres, con que ſe adornan y engalanan: como ſon eſpejos, pendientes, manillas, ſortijas, joyas &c.* Hinc etiam Mundus, i. *La maquina del Mundo, Cielo, Tierra y Elementos &c.* Græc. *Koſmos.* Mundus dicitur, quia nihil eo ſit mundius & pulchrius, & ornatius. Plin. *lib.* 2. *c.* 1. & 4.

Mundi mœnia, cœlum. Lucret. Manil.

Mundanus, a, um. *Coſa de mundo.* Cic. 5. *Tuſc.* ¶ Mundialis, e. Idem quod Mundanus. Iſid. ¶ Munditer, adverb.

verb. *Limpiamente.* Plaut. *in Pœnul.*

Mundities, ei, & Munditia, æ. *Limpieza, aſſeo, adorno.* Sueton. *in Cæſ. cap.*46.

Mundifico, as, are. Mundum facio. *Aſſear, adornar.* Paſſerat.

* Mundium dominium: dicitur à *mundus.* Vet. Vocab. Sed hoc eſt Germanicum, in ll. veteribus, & ſignificat tutelam. Inde Mundius, qui ſui juris eſt, neque ſub tutorum poteſtate: qui ſcilicet ſeipſum iam tuetur.

Mundo, as, are. *Limpiar, mondar, lavar.* Plin. *lib.*15. Ob id crebrius vaſa mundanda.

* Mundualdus: tutor. Paſſerat. ¶ Munero, as. Vide *Munus.*

MUNGO, is, ere, munxi, unctum. *Limpiar, ò ſonarſe los mocos.* Cato *de liberis educandis.* Invenitur etiam Mungor, deponens.

Municeps. Vide *Munus.*

MUNIO, is, ire, ivi, itum. *Fortalecer, defender, reparar, guarnecer.*

* Munitas: conditio eius qui munis eſt, quaſi officioſitas: ſicut immunitas eſt eius qui immunis. Vide Paſſer.

Munitio, onis & Munimen, nis, & Munimentum, i. *Municion, reſguardo, defenſa, guarnicion, fortaleza.*

Munitor, oris, p. p. *El que defiende.* Liv.7. *ab Urbe.*

Munito, as, cupio munire: deſiderativum eſt verbum, non frequentativum. Cic. *pro Roſcio.*

Munis. Vide *Munus.*

MUNUS, eris, n. g. à murus, ſeu mœnibus. *Don, dadiva beneficio, cargo, preſente, fieſtas, juegos.* * Sueton. *in Cæſ.* Beſtias quoque ad munus populi comparatas trucidarant, i. e. ad ludos ſeu ſpectacula populi comparatas. * Munus gladiatorum dicebatur, cum in ſpectaculis multa gladiatorium paria exhibebantur. Sueton. *in Cæſ.*

Munuſculum, i, dimin. *Pequeño don.* Cic.5. *Verr.*

* Munerabundus: munerantis geſtum habens. Apul.

Munerarius, ii. *El que dà y hace fieſtas publicas.* Suet. *in Domitian.*

Muneralis, e. *Lo que toca à eſtas dadivas.* Hinc Muneralis lex, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere. Plaut.

* Munis, e, inquit Feſtus, officioſus. Plaut. *in Mercat.* Dico eius pro meritis gratum me, & munem fore. De hoc vocabulo ita Nonius: Munes, inquit, apud veteres dicebantur, non à largitione, quæ ignota erat, ſed conſentientes ad ea, quæ amici vellent: ut etiam Munificus, de quo *infra*: Compoſitum huius eſt Immunis,

MUNIA, orum: Opera lege debita: & officia quæ publicè præſtantur. *Cargo, oficio, obligacion.* Munia Imperatoria obire. Senec. Munia ducis obire Velleius. Hinc Immunis, qui ab eiuſmodi onere liber eſt.

Municeps, cipis. *El que admitido por Ciudadano Romano, podia entrar en oficios honroſos de la Republica. Eſtos eran moradores de Ciudades libres, amigas de los Romanos, que ſe gobernaban por leyes proprias de ſus Republicas, no por las de los Romanos, aunque podian gozar de ſus oficios y magiſtrados. Y eſtas eran las Ciudades comarcanas de Italia.* Etiam, *Se eſtiende eſte nombre à todo Ciudadano, que no ſea eſclavo, y aya nacido en tal Ciudad.*

Municipalis, e, quod ad Municipes pertinet: ut Municipalis lex. Municipalia ſacra.

Municipia, orum. *Eſtas Ciudades de mejor condicion y nobleza que las Colonias.* * Municipatim, adv. *De municipio en municipio.* Sueton. *in Julio cap.*14.

* Municipatus, us: conditio municipis: Item veri civis ſtatus.

* Munico: largiter impertior, à Munis. Feſtus.

Munificus, a, um. *Liberal, dadivoſo, cortès, franco.* Apud antiquos, non à largitione, ſed conſentiens appellabatur ad ea quæ amici vellent, authore Nonio. *El amigo que conviene con el guſto de ſu amigo.* ¶ Munificus laudis, *Liberal en alabar à otros,* Claud.7. *Paneg.* ¶ Munificentior, & Munificentiſſimus. Cic. & Cato. ¶ Munificè, adv. *Con liberalidad y franqueza.* Cic.

Munifico, as, are. *Enriquecer con dadivas y liberalidad à otros.* Lucret. *lib.*2.

Munifex, icis, m. g. *El que hace y cumple con ſu oficio.* ¶ Item idem quod liberalis & largifluus, ſicut Munificus. ¶ Munificentia, æ, *Liberalidad, franqueza.*

* Munigerulus. *El que lleva à otro algun don ò regalo.* Plaut. *in Pſeud.* Munigeruli aſſunt ante ædes.

* Munychion, apud Athenienſes decimus menſis, nempe primus vernorum.

MURÆNA, æ. *La lamprea.* ¶ Murænula, æ. *Collar, ò cabeſtrillo de oro.* Hieronym. *ad Marcellam.* * Poteſt etiam eſſe Murænula diminutivum. *Pequeña lamprea.*

Muralis, Muratus. Vide *Murus.*

* Murceus, ei: ignavus. Onom.

* Murcia, Socordiæ dea dicta eſt, ſicut Strenua ſolertiæ & ſtrenuitatis. Hermolaus *in Plin.*

Murcidus, i, ab antiquis appellabatur ignavus & ſtultus, teſte Feſto. Plaut. *in Epidic.* Væ tibi murcide homo.

* Murci dicti ſunt homines timidi & ignavi, qui ut militiæ periculum effugerent, pollices ſibi amputabant. Cæl. Rhodig. *lib.*18. *cap.*11.

* Murcinarius: mutilus. Gloſſ. Iſid. à *murceus.*

* Murciolum, li. Columell. Semen lentiſci vocat, velut à figura muricis, quòd buccini ſpecie viſatur is folliculus: niſi quis pro languido accipiat, quando & Numen ſocordiæ Murciam deam vocabant. Hæc Hermolaus *in* 33. *cap. lib.*9. *Plinii.*

MUREX, icis. *Un pezecillo con ſu concha diverſo de la purpura, con cuya ſangre ſe tiñe el paño de grana fina, el qual por excelencia ſe llama tambien* Conchylium. Plin. *lib.*9. *cap.*35. Ex muricis humore fit color, qui & ipſe Murex, ſive Conchylium dicitur. ¶ Unde veſtis tincta murice, quæ & Conchyliata dicitur. *El veſtido de purpura.* Virg. *lib.*4. Tyrioque ardebat murice læna. *Brillaba el capote con la purpura de Tyro.* * Murex etiam. *Lo mas agudo y aſpero de un peñaſco.* Virg. *lib.*5. Et acuto in murice remi Obnixi crepuere. ¶ Murices item. *Ciertos abrojos de hierro de tres puntas, de que uſaban en la guerra eſparciendolos por los caminos, para mancar la caballeria del enemigo.* Græcè *triboloi.* Valer. Maxim. *lib.*3.

Muricatus, a, um. *Coſa que remata en punta, ò que pone horror y miedo, como eſtos abrojos.* Item, *Coſa teñida de purpura.* * Muricatim, adverb. *A modo de aquellos abrojos.* Colum. *lib.*9. *cap.*33.

* Muricidus: qui murem cædit. Gr. *myoktónos.*

* Murilegulus, i. A muricibus legendis, ſive colligendis nomen habet. Cæl. Rhodig. *lib.*8. *cap.*11. Murilegulos Jureconſulti muricis & purpurarum perquiſitores nuncupant. Monuit Juſtinianus *lib.*11. *Codicis,* tit. *de monetariis & murileg.*

Murilegus latus. Gloſſ. Iſid. à muribus legendis.

Murgiſo, onis, deſidioſus, à mora & deſidendo dictus, inquit Feſtus. *Perezoſo, y floxo.*

MURIA, æ, genus liquaminis, quod ex thynno piſce conficiebatur. *Genero de ſalſa que ſe hacia de los atunes.* Martial. *lib.*13. * Muria etiam. *Salmuera, ò ſal deſatada en agua para ſalar y ſazonar los guiſados.* Colum. *lib.*12. *cap.*25. * Muries, ei, idem quod Muria, hoc eſt liquor ex ſale reſolutus. Cato *cap.*88. * Muriaticus, a, um, quod muria conditum eſt. *Adobado con ſalmuera.* Plaut. *in Pœnul.*

MURINA, æ, vel Myrina, æ, ſive ut alii ſcribunt, Myrrhina, ſive Murrhina. *Vino hipocràs.* A Græcis nectar dicitur. Feſtus. Plin. *lib.*14. *cap.*13. * Murinus, a, um.

Co-

Coſa de eſta bebida: ut Murinus odor. Plaut. *in Pœnulo.* * Murinus autem à mure. Vide *Mus.*

MURMUR, is, n. g. Propriè *ruido de la agua corriente blando y quieto.* Transfertur *à todo genero de ruido, y murmullo de gente.* Quintil. *lib.*8. *cap.*6.

Murmuro, as, are. *Hacer eſte ruido, ò mormullo.* ¶ Etiam, *Mormurar como entre dientes.* Plaut. *in Milite.* Servi murmurant. * Murmuror, deponens, apud Varronem, *ex Nonio.* * Murmurabundus. *El que mormura.* Apulei. * Murmuratio, nis. *El ruido, ò murmurio*: ut Murmuratio aquilarum. Plin. *lib.*10. *cap.*3. * Etiam, *La accion de mormurar entre dientes.* Ibidem.

Murmurillo, as, are. *Rezongar entre dientes, ò mormurar.* Plaut. *in Rud.* Quid murmurillas tecum, & te diſcrucias? * Murmurillum, li. *Rezongamiento por lo bajo, del que repugna.* Plaut. *in Rud.* Palam age, nolo murmurillum, neque ſuſurrum fieri mihi.

MURRA, Gloſſ. Phil. *myron*: *unguento oloroſo.* Unguentum murra. *Mirra*, Nebriſ.

Murratus, a, um: ut Murrata potio. Feſtus. nempe nectar quoddam, ſeu deorum potus. Varro *Antiq. lib.*1.

MURRHA, æ. *Piedra precioſa, y oloroſa, de variedad de colores, con manchas de purpura, y otras blancas, de la qual los antiguos hacian vaſos muy eſtimados para beber, y otros uſos.* Martial. *lib.*4. * Murrheus, vel Murrhinus, vel Myrrhinus, a. um. *Coſa hecha de eſta piedra.* Et Murrhina ſubſtantivè, dicuntur vaſa murrhina. Vide Plin. *lib.* 37.

* Murrhina: factitia potio, dulcis. Chiffl.

* Murrhio, Gloſſ. Iſid. Murrire, clamare, propriè murium.

* Murro. Gloſſ. Iſid. Murrat, murmurat. Sic Germani dicunt *murren.*

* Murta: idem quod Myrtus. Chiffl.

Murtatum. *Un genero de relleno, ò morcilla.* Varro *lib.*4. *de L. L.* Plin. *lib.*16. *cap.* 19.

Murtetum, vel myrtetum. Locus ubi myrtus naſcitur, Chiffl.

MURUS, i, à muniendo dictus. *El muro, ò muralla de la Ciudad.*

Muralis, e, quod ad murum pertinet: ut Muralis corona, quæ donari ſolebat ab Imperatore ei qui primus murum conſcendiſſet.

Muratus, a, um. *Lugar con murallas, murado.* Hinc Urbes muratæ.

MUS, muris. *El raton domeſtico*, roſor omnium rerum. Græcè *mys.* Diſtinguitur à Sorice, quòd Sorex maior ſit mure, clariuſque ſtrepat.

Mus araneus. Colore ſimilis muſtellæ, magnitudine autem muri. *La Muſaraña.* Gr. *myogale.*

* Muris nomen ad diverſa animalia accommodatur, ob ſimilitudinem quæ eſt inter ipſa, non tantum in terra, ¶ ſed & in mari. Plin. *lib.*9. *cap.*18. Marinos mures intelligit teſtudines.

Mus odoratus. *El Almizclera, genero de raton.*

